

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

BT 2021



CONSILIATORES TEVBNERIANI

GIAN BIAGIO CONTE
JAMES DIGGLE
DONALD J. MASTRONARDE
FRANCO MONTANARI
HEINZ-GÜNTHER NESELRATH
DIRK OBBINK
OLIVER PRIMAVESI
MICHAEL D. REEVE
RICHARD J. TARRANT

L. ANNAEVS SENECA
DE CLEMENTIA LIBRI DVO

EDIDIT
HERMANNUS MALASPINA

DE GRUYTER

- RICHTER, W., Das Problem der Datierung von Seneca De clementia. *Rheinisches Museum* 108 (1965), 146–70 (Richter).
- DE ROMILLY, J., *La douceur dans la pensée grecque*, Paris 1979.
- ROSSBACH, O., *De Senecae philosophi librorum recensione et emendatione (II. De libris qui sunt de beneficis et de clementia recensendis)*, Vratislaviae 1888 [= Hildesheim 1969] (Rossb.¹).
- ROSSBACH, O., censura Hosius (ed.) a. 1900, *Berliner Philologische Wochenschrift* 27 (1907), 1478–90 (Rossb.²).
- ROSSBACH, O., censura Hosius (ed.) a. 1915, *Berliner Philologische Wochenschrift* 35 (1915), 678–82 (Rossb.³).
- SCHIMMENTI, P., Sulla datazione del *De clementia* (Clem. 1,9,1). *Giornale Italiano di Filologia* 53 (2001), 37–68.
- SCHULTESS, F., Ad Senecae libros de clementia. *Rheinisches Museum* 33 (1878), 221–31 (Schu.).
- SHACKLETON BAILEY, D. R., Emendations of Seneca, *Classical Quarterly* 20 (1970), 350–63 (Baill.).
- SIESHYE, O., Småting, in *Opuscula philologica ad MADVIGITAM a discipulis missa*, Hauniae 1876, 253 (Siesb.).
- SOVERINI, P., La clemenza dei potenti. Considerazioni sul primo libro del *De clementia* di Seneca, *Bollettino di Studi Latini* 30, 1 (2000), 48–61 (Sov.).
- HENRICI STEPHANI *Ad Senecae lectionem proodopæcia*, sine loco 1586 (Steph.).
- STOVER, J., Olybrius and the Einstedeln Eclogues, *Journal of Roman Studies* 105 (2015), 288–321.
- THOMAS, A., Miscellanea quaestiones in L. Annaeum Senecam philosophum, *Hermes* 28 (1893), 277–311 (Thomas).
- VALLETTE, P., Le *De clementia de Sénèque est-il mutilé ou inachevé?*, in *Mélanges P. THOMAS*, Bruges 1930, 687–700.
- WAGENVOORT, H., Ad Sen. De clem. I, 3, 5; 19, 8; II, 7, 1. *Mnemosyne* 18 (1965), 184–6 (Wag.).
- WALTER, F., Zu lateinischen Schriftstellern. *Philologus* 80 (1924), 437–53 (Walter¹).
- WALTER, F., Zu Seneca, *Philologische Wochenschrift* 46 (1926), 189–92 (Walter²).
- WATT, W. S., Notes on Seneca De beneficiis, De clementia, and Dialogi, *Harvard Studies in Classical Philology* 96 (1994), 225–40 (Watt).
- WESSELING, P., *Observationum variarum libri II*, Amstelaedarni [sic] 1727 [= Leipzig 1832] (Wess.).
- VON WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, U., Lesefrüchte, *Hermes* 37 (1902), 302–14 [= Kleine Schriften IV, Berlin 1962] (Wil.).
- WINTERBOTTOM, M., censura MALASPINA (ed.), *Bryn Mawr Classical Review* 2001.08.08.
- ZWIERKLEIN, O., Zur Datierung von Senecas De clementia. *Rheinisches Museum* 139 (1996), 14–32 (Zwi.).

CONSPECTUS SIGLORUM

SIGLA CODICUM SAECULO IX EXARATORUM

N = Codex Nazariamus (Vaticanus Palatinus Lat. 1547, saec. IXⁱⁿ)

N¹ manus prior ante emendationem

N^{1c} manus prior se ipsa emendans

N² manus altera emendans paulo posterior

N³ manus recentiores (bis laudantur)

N^e emendatio incertae manus

R = Codex Vaticanus Reginensis Lat. 1529 (saec. IXⁱⁿ)

R¹ manus prior ante emendationem

R² manus prior se ipsa emendans vel altera manus paulo posterior

R³ manus recentiores

R^e emendatio incertae manus

SIGLA CODICUM RECENTIORUM

r = consensus codicum recentiorum (praeter laudatos)

Q = Codex Lipsiensis i 4, 47, 33v–39v (saec. XII)

φ = consensus codicum C C1 C2 C3

C = Codex Parisinus Latinus 15085, 93v–112v (saec. XII)

C1 = Codex Vaticanus Rossi 604, 284r–295v (saec. XIV)

C2 = Codex Vaticanus Latinus 1769, 116r–120r (saec. XIV)

C3 = Codex Vaticanus Latinus 4086, 83r–94r (saec. XV)

ψ = consensus codicum π et γ (praeter laudatos)

π = consensus codicum P P1

P = Codex Parisinus Latinus 6382, 93v–112v (saec. XIII)

P1 = Codex Universitatis Basiliensis F. iv 14, 219r–227r (saec. XV)

γ = consensus codicum (A) FL T G (G1) (G2) (G3) (G4) (G5)

A = Codex Erfurtensis Ampl. Q. 3, 95v–110v (1, 1, 1–18, 2, saec. XIII)

F = Codex Laurentianus Plut. lxxvi 36, 35v–42r (saec. XII)

L = Codex Leidensis Lips. 49, 125v–141r (saec. XII)

T = Codex Parisinus Latinus 8542, 42r–49v (saec. XII)

G = Codex Marcianus Latinus Z 268 = 1698, 75v–79r (saec. XIV)

G1 = Excerpta codicis Vaticani Latini 11543, 124r–126r (saec. XII)

G2 = Excerpta codicis Vaticani Reginensis 147, 30v–32r (saec. XII)

G3 = Excerpta codicis Vaticani Reginensis 1637², 72r–77r (saec. XII/XIII)

Sor = SOVERINI 2000, 60-1
 Thomas = THOMAS 1893, 293-7
 Ven. = Editio Veneta anni 1492
 Wag. = WAGENVOORT 1965
 Walter¹ = WALTER 1924, 444-5
 Walter² = WALTEB 1926, 189-90
 Watt = WATT 1994, 230-1
 Wesen. = Wesenberg in app. et adn. Gertz
 19-26

Wess. = WESSELING 1727, II, cap. 24,
 p. 263
 Wil = VON WILAMOWITZ-MOELLEN-
 DORFF 1902, 307
 Wint = M. Winterbottom per litteras
 Zwi. = ZWIERLEIN 1996, 16 adn. 13;

L. ANNAEI SENECAE DE CLEMENTIA

LIBER I

1 Scribere de clementia, Nero Caesar, institui, ut quodam modo speculi vice fungerer et te tibi ostenderem per venturum ad voluptatem maximam omnium. Quamvis enim recte factorum verus fructus sit fecisse nec ullum virtutum pretium dignum illis 5 extra ipsas sit, iuvat inspicere et circumire bonam conscientiam, tum inmittere oculos in hanc immensam multitudinem discordem, seditiosam, impotentem, in perniciem alienam suamque pariter exultaturam si hoc iugum fregerit. *** ita loqui secum:

8 «Egone ex omnibus mortalibus placui electusque sum qui in 10 terris deorum vice fungerer? Ego vitae necisque gentibus arbiter! Qualem quisque sortem statumque habeat in mea | manu positum 126r est; quid cuique mortalium fortuna datum velit meo ore pronuntiat; ex nostro responso laetitiae causas populi urbesque concipiunt; nulla pars usquam nisi volente propitioque me floret; haec tot 15 milia gladiorum, quae pax mea comprimit, ad nutum meum strin- gentur; quas nationes funditus excidi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri quorumque capitii regium circumdari decus oporteat, quae ruant urbes, quae orientur, mea iuris dictio est. ³ In hac tanta facultate rerum non ira 20 me ad iniqua supplicia conpulit, non iuvenilis impetus, non temeritas hominum et contumacia, quae saepe tranquillissimis quoque pectoribus patientiam extorsit, non ipsa ostentandae per terrores

Inscr. LB ANNEI SENECE DEBENEFICI / LIB. VII - EXPL - / INCIP - LIB + I
DECLEMENTIA / FELICITER N

5 iuvat tamen G5¹ (add. mrg.) Eras.² circumire R: cir circum ire N³: circum ire N⁴ | 6 hanc r: hac N || 8 *** ita scripsi : ita N: et ita C1C3 edd.: itaque Cal. Supple e.g. <salutare, necessarium, a te impositum et> ita | 10 -que gentibus N⁵: quigentibus N⁶ | dist. Gertz: arbiter? dist. Haase | 12 mortalium R⁷: mortalium N: mortalium R⁸: fortuna R: fortunass (ex-natū?) N⁹ | 15 gladio- rum quae N¹⁰: gradiorumq: N¹¹ | 21 tranquillissimis N¹² (-ili-) Q x AFL-T: -illissimi N¹³

potentiae dira, sed frequens magnis imperiis gloria. Conditum, immo, constrictum apud me ferrum est, summa parsimonia etiam vilissimi sanguinis; nemo non, cui alia desunt, hominis nomine apud me gratiosus est.⁴ Severitatem abditam, at clementiam in procinctu habeo; sic me custodio tamquam legibus, quas ex situ ac tenebris in lucem evocavi, rationem redditurus sim. Alterius aetate prima motus sum, alterius ultima; alium dignitati donavi, alium humilitati; quotiens nullam inveneram misericordiae causam, | mihi pepercī. Hodie diis immortalibus, si a me rationem repetant, adnumerare genus humanum paratus sum.⁵

Potes hoc, Caesar, audacter praedicare: omnia quae in fidem tutelamque tuam venerunt tuta hāberi, nihil per te neque vi neque clam adimi rei p. Rarissimam laudem et nulli adhuc principum concessam concupisti: innocentiam. Non perdit operam nec bonitas ista tua singularis ingratos aut malignos aestimatores nancta est; refertur tibi gratia: nemo unus homo uni homini tam carus umquam fuit quam tu p.R. magnum longumque eius bonum.⁶ Sed ingens tibi onus imposuisti: nemo iam divum Augustum nec Ti. Caesaris prima tempora loquitur nec, quod te imitari

2 et 4 apud R: apud N | 4 at N^e: ac N^e | 5 ex situ Q Gruter^{4a}: exitu N: ex abdito r edd. vett. | 6 in lucem evocavi N^e: inluce me vocavi N^e | sim N^e: sum N^e | 8 humilitati R: humiliati N^e: humiliati N^e | 9 pepercī N^e: pepercī N^e: peperi Baeh.¹ | 12 suppl. Gertz (ex 5^a): tute läberj N^e (-rj N^e): tute / lamberi R: Omniaque in fide et) tutela haberet C: omnium quae in fidem) tutelamque tuam venerunt C3 Pinc: omnia quae in fidem) tutelamque tuam venerunt 5^a: omnia in fiday tutela haberet Eras.²: tutelamque tuam venerunt diligenter Haase: omnia a te in fide)li tutela haberet Haupt³: omnia quae in fidem) (et) tutelam (accepteris salva hāberi Madvig⁴: alii alia | 13 clam adimi Haupt³: clamati N: clam (R. p. eruptum T Eras.²: clam (damni par)uri Haase: clam (damni da)ri Madvig⁴: clam (dari damni) Gertz: alii alia | 13-14 rarissimam — concessam. Concupisti innocentiam dist. Kron.¹ | 13-14 principum N^e: principium N^e | 14 innocentiae Wesen. (ausim potius innocentia non e.g.s., quod multo meliorem clausulam efficit) | perdit N^e Gertz: perdis N^e edd.: perdidit Cast. (ut tempus nancta est ver. 16 sequatur). | 15 singularis N^e: -ari N^e: aestimatores N^e: est- N^e | 16 tibi gratia N^e: gratia N^e | 18 ingens QALT: indigens N| onus N: bonus N^e | nemo R: nemo ##### (ras. iii-iv litterarum) N^e: nemo (nemo) Baeh.² | 19 quod R: quod N

velit, exemplar extra te quaerit: principatus tuus ad gustum exigitur. Difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset, sed ad tempus sumpta: nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in naturam suam recidunt; quibus veritas subest 5 quaque, ut ita dicam, ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt.⁷ Magnam adibat aleam p.R. cum incertum esset quo se ista tua nobilis indoles daret; iam vota publica in tuto sunt; nec enim periculum est ne te subita tui capiat oblivio. Facit quidem avidos nimia felicitas, nec | tam temperatae cupiditates 127t sunt umquam ut in eo quod contingit desinant; gradus a magnis ad maiora fit et spes improbissimas complectuntur insperata adsecuti; omnibus tamen nunc civibus tuis et haec confessio exprimitur, esse felices, et illa, nihil iam his accedere bonis posse, ut perpetua sint.⁸ Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est: securitas alta, afluens, ius supra omnem iniuriam positum; obversatur oculis laetissima forma rei p., cui ad summam libertatem nihil deest nisi pereundi licentia.⁹ Praecipue tamen aequalis ad maximos imosque pervenit clementiae tuae admiratio: cetera enim bona pro portione fortunae suaे 20 quisque sentit aut expectat maiora minoraque, ex clementia

1 ie del Baeh.² | gustum N (confer SEN. ep. 85, 1; SUET. Nero 33, 3; PLIN. ep. 4, 27, 5; Gron.³ p. 84): augustum R: (eum) gustum (quem dedisti) Mur.: (anni) gustum Lips.⁴ obrussam Haase: gustum (sui) vel (suum) Gertz (dub. app.: «gustum ... nude positum offendit»): ius (uum) Bads: gustatum Büch.: alii alia | 2 fuisset N^e: fuisse N^e | 4 naturam R: # naturam (a ras. ut vid.) N^e | recidunt N Gertz: recidunt r | 5 ex solido N^e: exolido N^e | 6 meliusque (optima clausula) N^e: melius N^e: (ac) melius Prē (dub. app., sed contra usum) | aleam NQCZ² Eras.²: aliam RCIC2¹: albam r | 7 quo-tua Haase: quo estatus N'R¹: quo se status dist. N'RQ ϕ: quo se statu r: quo se statim Eras.²: quos aestus tua Baeh.² | mobilis Gertz | 9 nimia N^e: nimi N^e | 10 contigit St Eras.² (non male, propter clausulam) | gradus N^e: gratus N^e | 12 adsecuti N^e: adsecuta N^e: omnibus N^e: onibus N^e | 13 esse (se) Eras.² | 14 ut (vi deprecativa) N Gertz: nisi ut LT | 15 afluens N^e dubitanter practuli Haret contra Thill. I, 1242, 21-32 et Reeve secutus (confer Mala, p. 246-7): afluens N^e edd.: *** adluens Bail. (copulentia) vel (copia) e.g. suppl. | 16 positum obversatur oculis, laetissima dist. Gertz | obversatur QAT: obversasatur N^e: obversabatur N^e: obversans autem Prē. | 16-17 forma rei p. C: formaret pā N^e: formare pā N^e | 17 pereundi licentia Eras.²: per eum diligentia NR¹ r pereundi licentia R² | 18 aequalis N^e: -les N^e | 20 clementia N^e: clementia N^e

omnes idem sperant; nec est quisquam cui tam valde innocentia sua placeat ut non stare in conspectu clementiam paratam humanis erroribus gaudet.

2 Esse autem aliquos scio qui clementia pessimum quemque putent sustineri, quoniam nisi post crimen supervacua est et sola haec virtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium, sicut medicinae apud aegros usus, etiam apud sanos honor est, ita clementiam, quamvis poena digni invocent, etiam innocentes colunt. Deinde habet haec | in persona quoque innocentium locum, quia interim fortuna pro culpa est, nec innocentiae tantum clementia succurrat, sed saepe virtuti, quoniam quidem condicione temporum incident quaedam quae possint laudata puniri. Adice quod magna pars hominum est quae reverti ad innocentiam possit, si ***.² Non tamen vulgo ignoscere decet: nam, ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur et vitiorum eruptio; itaque adhibenda moderatio est, quae sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciatur. Nec promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet nec abscisam: nam tam omnibus ignoscere crudelitas quam nulli. Modum tenere debemus, sed, quia difficile est temperamentum, quidquid aequo plus futurum est in partem humaniorem praeponderet.

2 placeat N^e: placea N^r | 4 clementia N^e: -iam G Gertz | 5 sustinet N^e: -ere N^r Gertz | 7 medicinae N^e: medecinae N^r | apud (bis) R: aput N^e | 8 etiam N^e: etam N^r | 10 innocentiae tantum G: innocentia aetatum N^e: -ti aetati N^r QC2C3T: -ti aetati (clementi R r) | 12 adice N^e: adici N^r | 13 reverti ad R: rever#tiad N^e | 14 lacunam stat. Gruter^{de} Lips.^r: si non N^e: Sed non Q'ATG edd: si (non sustuleris spem veniae). Non Gertz (e.g. app.: malim (n. s. clementiae spem)): si (ignoscas). Non Pr^e: si (poemae remissio fuerit). Non Basore | 15 inter N^e: iter N^r | bonosque N^e: bonusquae N^r | 18 vulgarem N^e: r: vulgare NR | 19 crudelitas est C'CP'C3 ϕ S edd: | nulli Modum N^e (nulli:modō) r: nullimodō N^r: nulli modo R | 21 partem N^e: parte N^r

3 Sed haec suo melius loco dicentur. Nunc in tres partes omnem hanc materiam dividam: prima erit *** †manu missionis†; secunda ea quae naturam clementiae habitumque demonstret: nam, cum sint vitia quaedam virtutes imitantia, non possunt secerni nisi signa quibus dinoscantur impresseris; tertio loco quaeremus quomodo ad hanc virtutem perducatur animus, quomodo | confirmet eam et usu suam faciat.

¹⁶ 2 Nullam ex omnibus virtutibus homini magis convenire, cum sit nulla humani, constet necesse est non solum inter nos, qui hominem, sociale animal, communi bono genitum videri volumus, sed etiam inter illos qui hominem voluptati donant, quorum omnia dicta factaque ad utilitates suas spectant: nam, si quietem petit et otium, hanc virtutem naturae suae nancetus est, quae pacem amat et manus retinet.³ Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet. Ita enim magnae vires decori gloriaeque sunt, si illis salutaris potentia est: nam pestifera vis est valere ad nocendum.

¹⁵ Illius demum magnitudo stabilis fundataque est quem omnes tam supra se esse quam pro se sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum atque universorum cotidie experiuntur, quo procedente non, tamquam malum aliquod aut noxiū animal e

2 dividam N^e: devitam N^r | aliquid desiderari suspicatus est Lips.^r: crucem adposuit Gertz, sed verba inter cruces potius ex margine illata puto: manu missionis NRCT: manumissionis QPAFL Hesius: manudictionis Lips.^r: manus iniunctionis Madvig^r: in animi remissi bonis Thomas: animi remissionis Kron.^r: humanae missionis Alex.: m(agni) animi s(u)a>sionis Giusta: humanae condicionis Büch.: manus remissioris Mazz.^r: (fortuna) humanissimi hominis Kennel: magnorum missionis Sov: mag(ni)maris(mitas)missionis Cod: alii alia | 3 secunda-quae Gertz: secunda atque N^e: secunda quae N^r edd: | demonstret Q'CP γ: -ent N^e | 5 nisi (is) Gertz | 6 quaeremus CC3T: querimus N^e: quaerimus N^r | 7 confirmet N^e: confirmet N^r | 8 homini magis Q'LG Gertz (confer ver. 14-15; Sén. ep. 40, 11; 51, 2; 76, 3): homini N^e: plus homini C: magis homini T edd: homini (verius) Pr^e. | 10 communī bono genitū N^e: communē ibono genitū N^r | 12 spectant N^e: spētant N^r | 13 otium N^e: totium N^r | hanc virtutem (ad finem) naturae suae Büch. (supervacaneum si naturae suae dative casu sumitur). | 16 vires N^e: viri N^r: viris R virtutes magnis) viris T edd. vett: gloriaeque N^e: gloriae quae N^r | 17 nocendum N^e: noctendum N^r | 18 omnes R: osiris N^e | 21 malum N^e: malo N^r | 21-6,1 animalē et cubili N^e: animale cubili N^r

cibili prosilierit, diffugiunt, sed tamquam ad clarum ac beneficium sidus certatim advolant. Obicere se pro illo mucronibus insidian-
tium paratissimi et substernere corpora sua si per stragem illi
humanam iter ad salutem struendum sit, somnum eius nocturnis
128v excubiis muniunt, latera obiecti circumfusique | defendunt, incur-
rentibus periculis se opponunt.⁴ Non est hic sine ratione populis
urbibusque consensu sic protegendi amandique regis et se
suaque iactandi quocumque desideravit imperantis salus; nec haec
vilitas sui est aut dementia, pro uno capite tot milia excipere
ferrum ac multis mortibus unam animam redimere, non num-
quam senis et invalidi.⁵ Quemadmodum totum corpus animo
deservit et, cum hoc tanto maius tantoque speciosius sit, ille in
occulto maneat tenuis et in qua sede latitet incertus, tamen
manus, pedes, oculi negotium illi gerunt, illum haec cutis munit,
illius iussu faciemus aut inquieti discurrimus, cum ille imperavit,
sive avarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, sive ambitio-
sus, iam dudum dextram flammis obiecimus aut voluntariam
sub*(ivimus mortem aut *** sub)siluimus*; sic haec immensa multi-
tudo unius animae circumdata illius spiritu regitur, illius ratione
flectitur, pressura se ac fractura viribus suis nisi consilio sustine-
retur. 4 Suam itaque incolumentem amant, cum pro uno homine
dens legiones in aciem deducunt, cum in primam frontem pro-

¹ beneficium N^r : beneficium N^{RS} | 2–4 advolant. Obicere – sit, somnum dist. Gertz opte ad sententiam : advolant. obicere – sit. Somnum dist. Q γ Eras mellore clausula | 6 opponunt N^R : opūnunt N^o : opponunt N^e : oponunt Rⁱ | 7 regis Gertz : reges N | 8 desideravit N^o : desiteravit N^r | 9 vilitas N^e : viliadas N^r | 11 invalidi N^o : invalidis N^r | 14 manus N^e : magnus N^r | 15 inquieti N^e : inquietis N^r | 17 flammis r : flammis N | 17–18 voluntariam–sub)siluimus scripsi (supple e.g. sub*(ivimus mortem aut ad civile ferrum sub)siluimus*; dī huiusmodi exemplis cum virtio vel specie virtutis coniunctis confer SEN. ep. 74, 21; 76, 20) ex voluntariam *(mortem oppetivimus *** sub)siluimus* Haase : voluntariam subsiluimus N : voluntarie sub solum ivimus Lips.³ : voluntarii in aquam subsiluimus Euss : voluntariam viam sub solum imus Schu : voluntarii sub terram siluimus Feldm. : voluntarii (terram) subsiluimus Hosiush : voluntariam *(in mortem)* subsiluimus Alex. : voluntaria morte in libertatem s. Wag. : alii alia | 19 unius animae Eras.² : unius anima N r : uniusani / usanima R : uni ut animo Leo | circumdata r : circa data N | 22 densas Gertz : devotas Leo (uterque perperam: confer Bell. Hisp. 42, 7; SEN. ep. 95, 70; 104, 30)

currunt et adversa vulneribus pectora ferunt ne imperatoris sui
signa vertantur. Ille est enim vinculum per quod res p. cohaeret,
ille spiritus vitalis quem haec tot milia trahunt, | nihil ipsa per se 129r
futura nisi onus et praeda si mens illa imperii subtrahatur.

«Rege incolumi mens omnibus una:
amisso rupere fidem».

² Hic casus Romanae pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi
in ruinas aget: tam diu ab isto periculo aberit hic populus quam
diu sciet ferre frenos, quos si quando abruperit vel aliquo casu
10 discussos reponi sibi passus non erit, haec unitas et hic maximi
imperii contextus in partes multas dissiliat, idemque huic urbi
finis dominandi erit qui parendi fuerit.³ Ideo principes regesque
et quocumque alio nomine sunt tutores status publici non est
mirum amari ultra privatas etiam necessitudines: nam, si sanis
15 hominibus publica privatis potiora sunt, sequitur ut is quoque
carior sit in quem se res p. convertit. Olim enim ita se induit rei p.
Caesar ut seduci alterum non posset sine utriusque pernicie: nam
et illi viribus opus est et huic capite.

5 Longius videtur recessisse a proposito oratio mea, at meher-
cules rem ipsam premit. Nam si, quod adhuc colligit, tu animus rei
p. tuae es, illa corpus tuum, vides, ut puto, quam necessaria sit
clementia: tibi enim parcis cum videris alteri parcere. Parcendum
itaque est etiam improbandis civibus non aliter quam membris
languentibus et, si quando missō sanguine opus est, sustinenda est

Rege-fidem VERG. g. 212 („una est VERG. codd.) – 213

2 enim del Haase | per quod res p. N^r : peioresp. N^o : quo res publica Gertz :
per quod imperio res publica Mazz.² | 3 utilis Eras.² | 4 futura N^r : futuru-
N^o | 5 incolumi N^r : incolomi N^{RA} | 8 diu N^r : dio N^o | 10 discussos N^e :
sus N^r | 12 principes N^e : -pis N^r | 14 amari N^e : ari N^r | 15 is N^r : his N^o |
16 res p. N^o : re sp(iritus) N^r | 17 ut seduci N^r : vis educi N^r : ut diduci Cal.
| 18 et A Gertz : ut N : huic N^r : hic N^r | 19–20 at mehercules RQ^e : adme-
hercules N^r : atme her- N^r | 20 colligit tu N Gertz : colligitur tu γ^r : colligitur
edd. : collegit tu Baeh.² | 21 tu PIT : tute Pré : del. Braund | 24–8,1 suppl.
Haase (confer p. 28, 17–18 reducenda manus est) ex sustinenda (manus)
Dalec. (adn.) : sustinendum est PJTG edd. vett. a Ven. : sustinenda (dextra)
Schu. : s. est (acies) Pré : (acus) s. est Walter² : s. est (tamen ultio) Mazz.² :
alii alia

129v <manus>, ne ultra quam | necesse sit incidat.² Est ergo, ut dicebam, clementia omnibus quidem hominibus secundum naturam, maxime tamen decora imperatoribus quanto plus habet apud illos quod servet quantoque in maiore materia appetet. Quantulum enim nocet privata crudelitas! Principum saevitia bellum est.³ Cum autem virtutibus inter se sit concordia nec ulla altera melior aut honestior sit, quaedam tamen quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum infra quem nihil est; quid enim maius aut fortius quam malam fortunam retundere? Haec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiore locum habet mellusque in tribunali quam in piano conspicitur.

⁴ Clementia, in quamcumque domum pervenerit, eam felicem tranquillamque praestabit, sed in regia, quo rarior, eo mirabilior. Quid enim est memorabilius quam eum cuius irae nihil obstat, cuius graviori sententiae ipsi qui pereunt adsentuntur, quem nemo interpellatur est, immo, si vehementius excanduit, ne deprecaturus est quidem ipsum sibi manum inicere et potestate sua in melius placidiusque uti hoc ipsum cogitantem: «Occidere contra legem nemo non potest, servare nemo praeter me?»⁵ Magnum fortunam magnus animus decet, qui, nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra ad terram deducit; magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offendentes superne desplicere. Muliebre est furere in ira, ferarum vero et (ne) generosarum quidem praemordere et urgure.

¹ incidat *PT*: insidat *N Schu.* Walter⁶ *Pré Mazz.*⁷ : incidas *Pinc.* | 4 apud *R*: haput *N⁸*: apud *N⁹*: quod *N¹⁰*: quid *N¹¹*: 5 crudelitas? *dist Cal.*: crudelitas. *<at>* *Gertz* | 6 inter se sit *Eras.*²: inter *N¹²R*: inter sit *N¹³T*: instet *Q³*: inter se *C⁴* *Cast.*: intercedat *Gertz* (*dub. app.*) | 7 melior aut *N¹⁴*: meliora ut *N¹⁵* | 8 magnanimitas *N¹⁶*: magna animitus *N¹⁷*: mortalem *N¹⁸*: -le *N¹⁹* | 10 magnanimitas *R*: magna nimitas *N*: *del Pinc.* | 14 tranquillamque *N²⁰*: tram⁺ *N²¹*: rarior *N²²*: rarior *N²³*: eo mirabilior *N²⁴*: omimirabilior *N²⁵*: eo memorabilior *C3 Gertz* (*dub. app.*): hoc mirabilior *Pré*, | 19 cogitatem *N²⁶*: -te *N²⁷* | 21 se ad *N²⁸*: sedad *N²⁹* | 22 infra ad terram *S2* (*dubitanter praetull. Lips.*¹ *secutus*): infra terram *N*: in terram *Lips.*² *fortasse recte*: infra *Haase Rossb.*¹: infractam *Pet.*: infra turbam *Müller*: *alii alia* | 23 placidum *N³⁰*: -tum *N³¹* | 24 desplicere *N³²*: displicere *N³³* | 25 ferarum *N³⁴*: ferararum *N³⁵*: *suppl. Haase*: et generosarum *N³⁶*: et ninerosarum *N³⁷*: et non generosarum *C*: nec generosarum *C¹* *Hosius*: et generosarum (<ne id>) *Bach*.²

projectos. Elephanti leonesque transeunt quae impulerunt; ignobilis bestiae pertinacia est.⁶ Non decet regem saeva nec inexorabilis ira (non multum enim supra eum eminet cui se irascendo exequat); at si dat vitam, *(si)* dat dignitatem periclitantibus et meritis amittere, facit quod nulli nisi rerum potenti licet vita enim etiam superiori eripitur, numquam nisi inferiori datur.⁷ Servare proprium est excellentis fortunae, quae numquam magis suspici debet quam cum illi contigit idem posse quod diis, quorum beneficio in lucem edimur tam boni quam mali. Deorum itaque sibi animum adserens princeps alios ex civibus suis, quia utiles bonique sunt, libens videat, alios in numerum relinquat; quosdam esse gaudeat, quosdam patiatur.

⁶ Cogitato in hac civitate, in qua turba, per latissima itinera sine intermissione defluens, eliditur quotiens aliquid obstitit quod cursum eius velut torrentis rapidi moraretur, in qua tribus eodem tempore theatris vijæ postulantur, in qua consumitur quidquid terris omnibus aratur, quanta solitudo ac vastitas futura sit si nihil relinquitur nisi quod iudex severus absolverit.⁸ Quotus quisque ex quaesitoribus est qui non ex ipsa ea lege teneatur qua quaerit?⁹ Quotus quisque accusator vacat culpa? Et nescio an nemo ad dandam veniam difficilior sit quam qui illam petere saepius meruit.¹⁰ Peccavimus omnes, alii gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi aut aliena nequitia ablati, alii in bonis consi-

1-2 ignobilis *N²*: -les *N³* | 3 eminet *N⁴*: eminit *N⁵* | 4 at *N⁶*: ad *N⁷* | vitam *N⁸*: vitat *N⁹* | *suppl. Ven.*: aut dignitatem *Braund fortasse recte* | 5 amittere *N¹⁰*: adm⁺ *N¹¹*: potienti *Eras.*² | 7 suspici *N¹²*: suscep*i* *N¹³* | 8 debet *N¹⁴*: devet *N¹⁵* | 10 animum *N¹⁶*: animum *N¹⁷*: civibus *N¹⁸*: ciabus *N¹⁹* | 13 Cogitato *T Haupt*: Cogitate *N Eraz.*²: Cogita tu *Lips.*³: Cogita[te] *Haase*: cogit tecum *Walter*: itinera *r*: itenera *N* | 14 eliditur *Q⁴A*: eligitur *N*: elidit *Leo* | quotiens *N*: quoties *N²⁰* | aliquid *N²¹*: -it *N²²* | 16 theatris vina postulantur *C²ALTG*: theatrisui *¶* aepostolantur *N*: theatrisui aepostolantur *R*: theatri sui (spatium) p(ræ)stolantur *Q*: theatris mimi postulantur *Lips.*⁴: t: viae populo stipantur *Gertz*: t: caveae postulantur *Hosius*: *alii alia* | 17 creatur *Baeh.*² (*de hac arandi verbi notione confer Thill*, 2, 627, 24-30) | quanta *N²³*: quata *N²⁴* | 18 relinquetur *Wesen*. | Quotus quisque *N²⁵*: quodtuquisque *N²⁶* | 19 quaesitoribus *C⁵* *Mur.* (*adn.*, *confer Madvig*, p. 425): quaestoribus *N* | ex ipsa ea *N²⁷* (*formula iuris*, *confer Mala*, p. 280): ex ipsa *N²⁸* *edd.*: ipsa ea *Eras.*²: ea ipsa *C⁶* *Curio* (*probat Reeve*): et ipsa *Lips.*³: et ipse ea *Gertz*: lege *N²⁹*: legi *N³⁰* | 23 aliena *N³¹*: alieni *N³²*

liis parum fortiter stetimus et innocentiam inviti ac retinentes perdidimus; nec delinquimus tantum, sed usque ad extremum aevi delinquemus.⁴ Etiam si quis tam bene iam purgavit animum ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.

7 Quoniam deorum feci mentionem, optime hoc exemplum principi constituam ad quod formetur, ut se tales esse civibus quales sibi deos velit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina, expedit usque ad ultimam infesta perniciem? Et quis regum erit tutus cuius non membra haruspices colligant?² Quod si dii placabiles et aequi delicta potentium non statim fulminibus persequuntur, quanto | aequius est hominem hominibus praepositum miti animo exercere imperium et cogitare uter mundi status gratior oculis pulchriorque sit, sereno et puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatuntur et ignes hinc atque illinc micant! Atqui non alia facies est quieti moratique imperi quam sereni caeli et nitentis.³ Crudele regnum turbidum tenebrisque obscurum est, inter trementes et ad repentinum sonitum expavescentes ne eo quidem qui omnia perturbat inconsueto.

Facilius privatis ignoscitur pertinaciter se vindicantibus: possunt enim laedi dolorque eorum ab iniuria venit; timent prae-

¹ retinentes NRPL Gertz : renitentes QCPIAFTG (probat Reeve) | ² delinquimus P^{ATG} : derelinquimus NRC π̄ : delinquimus QGⁱ : derelinquimus FL : delinquemus Lips.^j | ³ delinquemus Lips. : -quæmus N^e : -quimus N^e | ⁴ fallere N^e : pallere N^e | ⁷ principi constituam R : principi constitutam N | ⁸ deos N^e : deus N^e | velit N^e : vellit N^e | expedit N^e : expedit N^e | ⁹ numina N^e : nomina N^e | expedit usque ad N^e : expeditus quae N^e : expedit usque in Madvig^j | ¹⁰ Ecquis Pinc. | regum N^e : regnum N^e | tutus N^e : totus N^e | ^{10–11} tutus? cuius non membra haruspices colligant? Madvig^j (quod Reeve quoque probat, sed malum cum pluribus vim consecutivam servare; confer Mala. p. 283) | ¹⁰ haruspices N^e : harruspiciis N^e | ¹¹ placabiles sunt sc̄ Eras.^j | aequi QTG2G3 : aequæ N | nocentium Cast. | ¹³ miti N^e : mitti N^e | ¹⁵ cum N^e : com N^e | fragoribus N^e : fraroribus N^e | crebris N^e : crebis N^e | ignes N^e : ignis N^e | ¹⁶ micant N^e : migant N^e | moderatique T Gertz Rossb.^j (sed confer CIC. div. I, 66) | ¹⁷ imperi N^e : imperii N^e | nitentis N^e : nitentes N^e | turbidum N^e : turpidum N^e | ¹⁹ expavescentes r : expavis- N | perturbat N^e : praeturbat N^e | ²² laedi r : leti N

terea contemptum et non retulisse laudentibus gratiam infirmitas videtur, non clementia; at cui ulti in facili est, is omissa ea certam laudem mansuetudinis consequitur.⁴ Humili loco positis exercere manum, litigare, in rixam procurrere ac morem irae suae gerere liberius est: leves inter paria ictus sunt; regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex maiestate est.

8 Grave putas eripi loquendi arbitrium regibus, quod humili habent. «Ista - inquis - servitus est, non imperium.» Quid? Tu non experiris istud nobilem esse tibi servitatem? Alia condicio est eorum qui in turba, quam non excedunt, latent, quorum | et 131v virtutes, ut apparent, diu luctantur et vitia tenebras habent: vestra facta dictaque rumor excipit et ideo nullis magis curandum est qualem famam habeant quam qui, qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt.² Quam multa tibi non licent quae nobis beneficio tuo licent! Possum in qualibet parte urbis solus incedere sine timore, quamvis nullus sequatur comes, nullus sit domi, nullus ad latus gladius; tibi in tua pace armato vivendum est. Aberrare a fortuna tua non potes: obsidet te et quocumque descendis magno apparatu sequitur.³ Est haec summae magnitudinis servitus, non posse fieri minorem, sed cum diis tibi communis ista necessitas est. Nam illos quoque caelum adligatos tenet nec magis illis descendere datum est quam tibi tutum: fastigio tuo adfixus es.
⁴ Nostros motus pauci sentiunt, prodire nobis ac recedere et mutare habitum sine sensu publico licet; tibi non magis quam soli

¹ contemptum N^e : -ptu N^e | laudentibus QCA : let- N^e : led- (fortasse led-) N^e (malam) gratiam Steph. | ² at N^e : ad N^e | ^{2–3} est is omissa ea certam N^e : estis omissæ accerta N^e | ⁴ litigare N^e : ligare N^e | morem irae suae N^e : mor# mirae suae N^e | ⁵ vociferatio N^e : -rati N^e | ⁶ verborumque N^e : verborum quae N^e | ⁸ habent? dist. Lips. | inquis T: inquit N Gron. | Quid tu? dist. Mur. | ⁹ nobilem esse Wil. (de ἐνδόξον δουλειας notione confer AEL v.l. 2, 20) : nobis esse N Hostius^j: nobis esse imperium Q : nobis esse non Eras.^j : locum desperatum esse censuit Gertz : expertus istud) nosti esse Schu. : alii alia | ¹⁰ quorum et R : quorum # # | et N^e | ¹¹ apparent R : appereant N | ¹² dictaque N^e : dic quae N^e | cavendum Eras.^j | ¹⁴ magnam N^e : Magna N^e | ¹⁵ licent? dist. Hause | ¹⁶ sine timore N^e : inaetimore N^e | locus suspectus : (custos) sit domi Wesen. : sit dolof(n) mihi Hostius^j (app.) | ¹⁷ gladius N^e : gladios N^e | arce Baeh.^j Gertz | ¹⁸ potes R : postes# N^e | ^{18–19} descendis R : decendis N | ¹⁹ summa Mur. | ²⁰ ista Eras.^j (confer SEN. Herc. f. 449) : ipsa N Hos. | ²² tibi. Tu item Gertz : tibi (tutum del.) Mur. | es N^eR^j : est N^eR^j

latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istam conversi oculi sunt; prodire te putas? Oneris! ¹ Loqui non potes nisi ut vocem tuam quae ubique sunt gentes excipiunt, irasci non potes nisi ut omnia tremant, quia neminem adfliges nisi ut quidquid circa fuerit quatiatur. Ut fulmina paucorum periculo cadunt, ⁵ 132r omnium metu, sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent, non sine causa: non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit, cogitatur in eo qui omnia potest.

⁶ Adice nunc quod privatos homines ad accipendas iniurias opportuniros acceptarum patientia facit, regibus certior est ex mansuetudine securitas, quia frequens vindicta paucorum odium opprimit, omnium irritat. ⁷ Voluntas oportet ante saeviendi quam causa deficiat, alioqui, quemadmodum praecisae arbores plurimis ramis repullulant et multa satorum genera ut densiora surgant reciduntur, ita regia crudelitas auget inimicorum numerum ¹⁵ tollendo: parentes enim liberique eorum qui interfici sunt et propinquai et amici in locum singulorum succedunt.

⁸ Hoc quam verum sit admonere te exemplo domestico volo. Divus Augustus fuit mitis princeps; si quis illum a principatu suo aestimare incipiat; in communii quidem rei p. gladium movit, cum ²⁰ hoc aetatis esset quod tu nunc es. Duodevicensimum egressus

¹ contingit Wesen. | contra N (dubitanter praetuli; ratus hic lucem simul et a *paor*. *eig* et ab imperatore ut a Sole diffusam eandem esse atque apud Ephantum Pythagoricum; confer *Sron*. 4, 7, 64 et *Mala*. p. 289–90) : circa Lips.³ : contra(cta intra) Mazz.⁴ | 2 putas QT: putes N *edd.* vett. *Hostius*² | Oneris N^Q: oriris N^Q *edd.* | 4 tremant *Mur.* : praemant N^Q: praemantur N^Q | quia N^Q: sic N^Q (*ss.*) y *edd.* : sic quia R : sic quis C : : quin Baeh.⁵ : del. Rossb.⁶ | adfliges Haase⁷ Gertz : adlige N^Q : adfligere N^Q Hos : potes affligere S *edd.* | 6 animadversiones magnarum N^Q : -nisi magnorum N^Q | 9 privatos N^Q : -tus N^Q | accipendas N^Q : -nda N^Q | 14 repullulant Q^Q CIPAFLS : re#pu##, / lulant N^Q : repululant RQ^Q C2T | 15 numerum N^Q : -rom N^Q | 20 iam communii AFLS : iam coimmunione *Hostius*² (*app.*), sed hic commune substantiae pro communione accipendum est (confer Thll. 3, 1977, 51–80); aliter aliquid post rei p. intercidisse concire licet rei p. NR: re p. QC et AFT: n. p. commido L: rei p. *(clade)* Madvig⁸ : rei publicae *(perturbatione)* Fuchs : rei publicae *(confusione)* Zw: aliis alia | movit, cum dist. AFLT Pr⁹ : movit. Cum dist. Gruter¹⁰ Zw. | 21 es. Duodevicensimum dist. N^Q RL (confer Praefat. p. viii) : es; duodevice(n)simum dist. A Eras.² : es; deinde vicensimum Richter Kennel : es; nondum vicensimum Fuchs : duodevicensimum – annum del. Zw.

annum iam pugiones in sinum amicorum absconderat, iam insidiis M. Antonii consulis latus petierat, iam fuerat collega proscriptio- nis, ² sed, cum annum quadragensimum transisset et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium L. Cinnam, | stolidi ^{132v}

³ ingenii virum, insidiis ei struere; dictum est et ubi et quando et quemadmodum adgredi vellet (unus ex consciis deferebat). ³ Constituit se ab eo vindicare et consilium amicorum advocari iussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adulescentem nobilem, hoc detracto integrum. Cr. Pompei nepotem, damnandum: iam unum hominem occidere non poterat cui M. Antonius proscriptio- nis edictum inter cenam dictarat! ⁴ Gemens subinde voces varias emittebat et inter se contrarias: «Quid ergo? Ego percussorem meum securum ambulare patiar me sollicito? Ergo non dabit poenas qui tot civilibus bellis frustra petitum caput, tot navalibus, tot pedestribus proeliis incolume, postquam terra marique pax parta est, non occidere constituat, sed immolare?» (nam sacrificantem placuerat adoriri). ⁵ Rursus silentio interposito maiore multo voce sibi quam Cinnae irascebatur: «Quid vivis, si perire te tam multorum interest? Quis finis erit suppliciorum? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adulescentulis expositum caput in quod mucrones acuant: non est tanti vita, si, ut ego non peream, tam multa perdenda sunt». ⁶ Interpellavit tandem illum Livia uxor et:

«Admittis - inquit - muliebre consilium? Fac quod medici solent,

qui, ubi usitata remedia non procedunt, temptant contraria. Seve-

2 consulis N^Q : consolis N^Q | 2–3 proscriptio- r: proscriptio- N || 3 LX Wess: sexage(n)simum Gertz Thomas | et in ψ S: in N | 4 vel solidi ss. L: solidi G Haase | 5 et quando et ψ S: et N | 6 vellet N^Q : vellit N^Q | 6–7 consti- tuit se QALTS: constituisse N | 9 integrum R: intecrum N || 10 cui M. Anto- nius Madvig² : cum in: antonius N *edd.* vett. : cum Cal: : cum M. Antonio Pine: : qui M. Antonio Lips.³ : (qui tot nomina adiecerat) cum: M. Antonius Leo proscriptio- N^Q : proserip- N^Q | 11 dictarat Pine Madvig² : -ret N *edd.* vett.: dictasset Braund | 15 proeliis incolume Mur: : praelii sin colume (ut vid.) N^Q: praelii incolume N^Q | terra r: terram N | marique N^Q : mariquae N^Q | 16 parta N^Q : parata N^Q Gertz (contra usum; confer Avg. r. gest. 13, 1; SEN. apoc. 10, 2; SUET. Aug. 22; Thll. 10, 1, 3, 401, 76–7; 402, 2–5; 10, 1, 6, 869, 11–22; var. l. parata vix recte praferunt *edd.**, U. Keudel: 876, 44–5) | 16–17 sacrificantem placuerat N^Q : sacrifican templacu: / erat (a ras, ut vid.) N^Q | 20 quod N^Q R: quo N^Q || 22 multi perdendi Lips.² | 23 inquit N^Q: inquit N^Q | muliebre r: muebrae N || 24 usitata remedia N^Q : usitare media N^Q

ritate nihil adhuc profecisti; Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Murena, Murenam Caepio, Caepionem Egnatius, ut alios taceam quos tantum ausos pudet. Nunc tempta quomodo tibi cedat clementia. Ignosce L. Cinnae: depreensus est, iam nocere tibi non potest, prodesse famae tuae potest.»⁷ Gavisus sibi quod advocatum invenerat, uxori quidem gratias egit, renuntiari autem extemplo amicis quos in consilium rogaverat imperavit et Cinnam unum ad se arcessit dimissisque omnibus e cubiculo, cum alteram Cinnae ponit cathedram iussisset: «Hoc - inquit - primum a te peto, ne me loquentem interpellas, ne medio sermone meo proclamas; dabitur tibi loquendi liberum tempus.⁸ Ego te, Cinna, cum in hostium castris invenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum, servavi, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix et tam dives es ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti, praeteritis pluribus quorum parentes tecum militaverant, dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constituisti».⁹ Cum ad hanc vocem exclamasset procul hanc ab se abesse dementiam: «Non praestas - inquit - fidem, Cinna: convenerat ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras»; adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum.¹⁰ Et cum defixum videret nec ex conventione iam, sed ex conscientia | tacentem: «Quo - inquit - hoc animo facis? Ut ipse sis princeps? Male mehercules cum p.R. agitur si tibi ad imperandum nihil praeter me obstat: domum tueri tuam non potes (nuper libertini hominis gratia in privato iudicio superatus es), adeo nihil facilius potes quam contra Caesarem advocate. Cedo, si spes tuas solus impedio: Paulusne te et Fabius Maximus et Cossi et Servillii

¹ Salvidienum *T*: salvidenum *N Eras.*² | 2 Egnatius *NQ*; ign- *R* | 3 pudet *N^a*; putet *N^b* | 4 cedat *r*: caedat *N* | 5 prodesse *N^c*: proesse *N^d* | gavisus *N^e*: cavusus *N^f* | Gavisus sibi, dist. *Eras.*² : Gavisus, sibi dist. *Madvig*³ | 8 arcessit *NRC* (*apicem inposui, ut saepissime infra; confer e.g. p. 21, 20, 24, 5*): accersit *r*; accersivit *AL Wesen.* | dimissisque *N^g*: demis- *N^h* | e *Nⁱ*: se *N^j* | 10 sermone *N^k*: -nes *N^l* | 11 tibi *N^m*: tib *Nⁿ* | 13 hodie *N^p*: hodiae *N^q* | 18 et 22 inquit *N^r*: inquid *N^s* | 20 socios *N^t*: socius *N^u* | esset *N^v*: estset *N^w* | 21 videret *N^x*: viderit *N^y* | 22 Quo *N^z*: quo *N^{aa}* | sis *N^{ab}*: sit *N^{ac}* | 26 putas *Haase Kru.* | advocate? dist. *Q y*: advocates! *Pré.* | sis, spes *Gertz* | 27 impedio *N^{ad}*: inpendio *N^{ae}* | fabius *N^{af}*: favius *N^{ag}* | Servillii *CTG*: servilia *N*: Servili iam *Pré.*

ferent tantumque agmen nobilium non inania nomina paeferentium, sed eorum qui imaginibus suis decori sint?¹¹ Ne totam eius orationem repetendo magnam partem voluminis occupem (diutius enim quam duabus horis locutum esse constat, cum hanc poenam, 5 qua sola erat contentus futurus, extenderet): «Vitam - inquit - tibi, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidae. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat; contendamus utrum ego meliore fide tibi vitam dederim an tu debebas». ¹² Post hoc detulit ultro consulatum, questus quod non auderet petere, amicissimum fidelissimumque habuit, heres solus illi fuit. Nullis amplius insidiis ab ullo petitus est.

10 Ignovit abavos tuus victim: nam, si non ignovisset, quibus inperasset? Sallustium et Coccoetos et Dellios et totam chortem

primaे admissionis ex adversariorum castris conscripsit; iam 15 Domitios, Messalas, Asinios, Cicerones, quidquid floris erat in ciuitate clementiae suae debebat. Ipsum Lepidum quam diu mori passus est¹³. Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem et pontificatum maximum non nisi mortuo illo transferri in se passus est: maluit enim illum honorem vocari quam spolium.

20 Haec eum clementia ad salutem securitatemque perduxit; haec gratum ac favorabile reddit, quamvis nondum subactis p.R. cervicibus manum imposuisse; haec hodieque praestat illi famam quae vix vivis principibus servit.¹⁴ Deum esse non tamquam iussi credimus; bonum fuisse principem Augustum, bene illi parentis 25 nomen convenisse fatemur ob nullam aliam causam quam quod

¹ ferent *N^a*: ferem *N^b* | agmen *r*: agmem *N* | 2 sunt *Q CATG3 Mur* | 3 repetendo *N^c*: -dum *N^d* | occupem *y*: occupit *N^e*: occupet *N^f* | 7 inter nos *N^g*: inter *N^h*: inter nos (vera) *Gertz* (dub. app.); inter nos (iterum) *Pré*: inter nos (integra) *Mazz.*² | 9 consulatum *y*: -latus *N* | 10 solus *Nⁱ*: solu *N^j* | 12 Ignovit abavos *Baeh.*² *Rossh.*³: ignovitabi vos *N*: ignovit abavus *N^k* *edd.*; tuius *r*: tuos *N* *Baeh.*² *Rossh.*³ | 13 Sallustios *Gertz* (dub. app.) | Dellios vel Deillios *Lips.*²: du ollios *N*: duollios *R* *q*: duelliros *Q* *π FT* | chortem *N Hosiis*: cohortem *r* | 14 primaē *Modius* (duh.) *Gruter*⁴ (dub.): primam *N Lips.*: primaē et interioris *z*: primam interioris *Agr.* | 17 retinentem *N^z*: -tes *N^{aa}* | 19 honorem *R*: honerem *N* | 21 favorabilem *r*: favor- *N* | 22 praestat *C*: praesta *N* | 23 vivis *R*: ei ibis *N* | 24 bonum- Augustum del. *Haase Kru.* (nota ex margine illata?) | fuisse *Baeh.*²: esse *N^{ab}*: om. *q*: del. *edd.* | 25 nullam aliam *N*: nulla malitia *N^{ad}*

contumelias quoque suas (quae acerbiores principibus solent esse quam iniuriae) nulla crudelitate exsequebatur, quod probrosis in se dictis adrisit, quod dare illum poenas apparebat cum exigere, quod quoscumque ob adulterium filiae suae damnaverat adeo non occidit ut dimissis quo tutiores essent diplomata daret.⁴ Hoc est ignoroscere, cum scias multos futuros qui pro te irascantur et tibi sanguine alieno gratificantur, non dare tantum salutem, sed praestare.

134v 11 Haec Augustus senex aut iam in senectutem | annis vergentibus; in adolescentia cahuit, arsit ira, multa fecit ad quae invitus oculos retorquebat. Comparare nemo mansuetudini tuae audebit divum Augustum, etiam si in certamen iuvenilium annorum deduxerit eius senectutem plus quam maturam: fuerit moderatus et clemens, nempe post mare Actiacum Romano cruento infectum, nempe post fractas in Sicilia classes et suas et alienas, nempe post Perusinas aras et proscriptions.² Ego vero clementiam non voco lassam crudelitatem; haec est, Caesar, clementia vera, quam tu praestas, quae non saevitiae paenitentia coepit: nullam habere maculam, numquam civilem sanguinem fudisse; haec est in maxima potestate verissima animi temperantia et humani generis ²⁰ fconpraenditte sibi mor^t: non cupiditate aliqua, non temeritate ingenii, non priorum principum exemplis corruptum, quantum sibi in eives suos liceat experiendo temptare, sed hebetare aciem

¹ acerbiores *R*: acerviores *N* | ⁴ filiae *N*: familiae *R* *edd.* *vett.* | ⁵ occidit *N^o*: occidi *N^o* | dimissis *R*: demissis *N^o*: dimissis *lis Gertz*: tutiores *N^o*: tot- *N^o* | ⁷ sanguine *N^o*: sanguine *N^o*: gratificantur *T. Mur.*: gratificantem *N*: gratificantur *Eras.²* salutem *R¹* *r*: salute *NR²* | ⁹ senex *R*: senix *N* | ¹⁰ arsit *N^o*: aruit *N^o*: ac ruit *Pr.¹*: del. *Court.* | ad quae *CT*: atque *N* | invitus *NC*: invictus *R* | ¹¹ oculos *r*: oculus *N*: retorquebat *R*: retror- *N*: retro torquebat *Gertz* (*dub. app.*) | mansuetudini *Q* & *PFL*: -nae *N* | ¹³ deduxerit eius *Gertz*: deduxerit et *N*: deduxerit *Eras.²* | ¹⁶ Perusinas *T*: perusionas *N*: perusianas *C Gertz* (*dub. app.*) | ¹⁹ civilem *N^o*: ciudem *N^o*: fudisse *r*: fuisse *N* | ²¹ conpraendit sibi mor *N*: comprehendit te sibi mor *R*: comprehendit (terminos) *Haase*: comprendens ut sui amor *Gertz* (*dub.*): non comprehensibilis (ex incompr- *Agr.*) amor *Madvig²*: comprehendit te sibi (temperantissimum ti)mor *Alex.*: communis patriae amor *Richter* comprehendendi item sibi amor *Mazz.³*: ulti alia | ²² ingenii *Gertz* (ex ingenii *Bueh.⁴*): incendi *N* (*vel* incendi *edd.*) | principum *N^o*: -ium *N^o*: corruptum *Mur.*: -tis *N* | ²³ hebetare *r*: hevetare *N*

imperii sui.³ Praestitisti, Caesar, civitatem incurvant et hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse, eo maius est mirabiliusque quod nulli umquam citius gladius commissus est.⁴ Clementia ergo non tantum honestiores, sed tutiores praestat ornamentumque imperiorum est simul et certissima salus.

Quid enim est cur reges consenserint liberisque ac nepotibus | tradiderint regna, tyrannorum execrabilis ac brevis potestas sit?^{135r} Quid interest inter tyrannum ac regem (species enim ipsa fortunae ac licentia par est), nisi quod tyranni in voluptatem saeviunt, reges non nisi ex causa ac necessitate? ¹² «Quid ergo? Non reges quoque occidere solent?» Sed quotiens id fieri publica utilitas persuadet; tyrannis saevitia cordi est. Tyrannus autem a rege factis distat, non nomine: nam et Dionysius maior iure meritoque praeferrri multis regibus potest et L. Sullam tyrannum appellari quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium?² Descenderit licet e dictatura sua et se togae reddiderit, quis tamen umquam tyrannus tam avide humanum sanguinem bibit quam ille, qui septem milia civium Romanorum contrucidari iussit et, cum in vicino ad aedem Bellonae sedens exaudisset conclamacionem tot milium sub gladio gementium, exterrito senatu: «Hoc agamus - inquit - P. C.; seditionis pauculi meo iussu occiduntur»?

¹ praestitisti *R*: praestetisti *N* | ² toto orbe *r*: tot orbem *N* | ³ eo maius *Mur.*: comaius *N*: quo maius *R r*: quod maius *CT* | ⁵ tutiores *QCGSS2*: totiores *NR*: potiores *ψ*: securiores *SI* | ⁷ Quid enim est? *dist. Lips.³* : *del. Eras.²* | cur *Gron.*: cum *N*: *(quod)* cum *Haase*; *(cur)* cum *Bueh.⁴* | ⁸⁻⁹ tyrannorum ... tyrannum *R*: tyrranorum ... tyrranum *N^o*: tyranorum ... tyranum *N^o* | ⁸ potestas *R*: potetas *N*: sit? *Q* (*confer Madvig² p. 426*): sit *NR* *ψ*: est *ψ* *edd.*: est? *dist. Gron.* | ⁹⁻¹¹ regem (species - est), nisi - necessitate? *dist. Gertz*: regem? species - est, nisi - necessitate? *QAL*: regem, species - est? Estne - necessitate? *Gertz* (*dub. adn.*) | ¹⁰ nisi *R*: ni *N* | tyrami *N^o*: tyrami *N^o* | in voluptatem *ς⁶* *Fickert*: in -tate *N* *edd.* *vett.*: voluptate *G4 Lips.*: ex voluptate *Curia* | ¹² solent? Solent *T Hostius* (*dub. app.*, *sed confer e.g. SEN.* *ira 2, 14, 2*) | ¹³ tyramis ... tyrranum *N^o*: tyrranis ... tyrranum *N^o* | ¹⁴ factis distat *C Gertz*: factis dis / *N*: factis discrepat *Q*: distat factis *ψ* *edd.* | ¹⁷ reddiderit *R*: redderit *N* | ¹⁸ tyrranum *R*: tyrranus *N^o*: avide *N^o*: havidie *N^o*: bibit *R*: vivit *N* | ¹⁹ contrucidari *R*: contracitaturi *N^o*: contricitari *N^o* | ¹⁹⁻²² iussit et, cum - occiduntur? *dist. Gertz*: iussit? Et cum - occiduntur *dist. QALT Eras.²* | ²¹ gladio *R*: gaudio *N* | ²² iussu *R*: iusso *N*

Hoc non est mentitus: pauci Sullae videbantur.³ Sed mox de Sulla, cum quaeremus quomodo hostibus irascendum sit, utique si in hostile nomen cives et ex eodem corpore abrupti transierint. Interim, hoc quod dicebam elementia efficit, ut magnum inter regem tyrannumque discrimen sit, | uterque licet non minus armis 5 valletur; sed alter arma habet quibus in munimentum pacis utitur, alter ut magno timore magna odia compescat nec illas ipsas manus quibus se commisit securus aspicit.⁴ Contrariis in contraria agitur: nam, cum inquis sit quia timetur, timeri vult quia inquis est et illo execrabilis versu qui multos praecepites dedit utitur:

«Oderint dum metuant»,

ignarus quanta rabies oriatur ubi supra modum odia creverunt. Temperatus enim timor cohibet animos, assiduus vero et acer et extrema admoveens in audaciam iacentis excitat et omnia experiri suadet.⁵ Sic feras linea et pinnae clusas contineant. Easdem a tergo eques telis incessat: temptabunt fugam per ipsa quae fugarant procubantque formidinem. Acerrima virtus est quam ultima necessitas extundit; relinquat oportet securi aliquid metus multoque plus spei quam periculorum ostentet; alioqui, ubi quiescenti paria metuuntur, incurrire in pericula iuvat et *ut aliena* 20

Oderint-metuant Acc. Att. 203 R²

¹ pauci Sullae Lips.: paucis / ylle N: paucis ylle R¹: pauci syll(a)e R¹ edd. | de Sulla Lips.: desylla N: *{plura}* de S. Reeve (mox de non Senecanum; sed confer Cic. div. 2, 38) | ² cum quaeremus Madvig¹: consequemus N: consequemur ψ edd.: cum loquemur Lips.²: *(cum)* consequemur Hosius¹ (dub. app.): *aliū alia* | ³ ex eodem R: exodem N | ⁵ sit. Uterque dist. Q Gertz | non minus armis R: non minus ar / N: dominus armis Madvig²: communis armis Baeh.²: hominibus armatis Schu.: non minus *(altero)* armis Wesen. | ⁶ habet N¹ (ras) R²: habet et N¹: *sibet* (*ut vid.*) R¹ | utatur S2 Wesen. | ⁹ nam cum C: Nam c N: nanc R: nam Q: Nam ut ψ edd. vett.: nam et *(invisus est Mur.* | ¹⁰ versus r: versus N | ¹² rabies r: rapies N | ¹⁴ iacentis N: -tes r edd.: excitat r: excita N | ¹⁵ linea N¹ QG Agr: lines N¹ R r: lineis T Agr. | pinnae NR ψ Haase: pinnas P: pinna QAFL edd. | ^{15–16} contineant, easdem a tergo Gertz (*distinctionem* -neant, Easdem a Mur. *coniectum servavi: coniunctivum enim incessat potentiale est, non concessivum vel hypotheticalum* ut contineant; nisi forte continent legendum cum C² Haase): contineas demat ergo NR! π: contine asdem atergo dist. R: continet; easdem a tergo Q: contineas; easdem a t. c² Mur.: contine easdem a t. Eras.²: *aliū alia* | ¹⁶ telis N¹: tellis N¹ | ¹⁸ extudit (*optima clausula*) Cast. | ²⁰ suppl. Haase

anima abuti. ¹³ Placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua, ut quibus ad communem salutem utatur, gloriosusque miles (publicae enim securitati se dare operam videt) omnem laborem libens patitur ut parentis custos; at illum acerbum et sanguinarium 136r ⁵ necesse est graventur stipatores sui.⁶ Non potest habere quisquam bonae ac fidiae voluntatis ministros quibus in tormentis ut eculeo et ferramentis ad mortem paratis utitur, quibus non aliter quam bestiis homines obiectat, omnibus reis aerumnosior ac sollicitior, ut qui homines deosque testes facinorum ac vindices timeat, eo perductus ut non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera vel pessimum habet crudelitas: perseverandum est nec ad meliora patet regressus: scelerata enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius cui iam esse malo necesse est?⁷ O miserabile illum (sibi certe: nam ceteris misereri eius nefas sit) qui caedibus ac rapinis potentiam exercuit: qui suspecta sibi cuncta reddidit tam externa quam domestica, cum arma metuat, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non pietati liberorum; qui, ubi circumspexit quaeque fecit quaeque facturus est et conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, saepe 20 mortem timet, saepius optat, invisor sibi quam servientibus.⁸ E contrario, is cui curae sunt universa, qui alia magis, alia minus tuetur, nullam non rei p. partem tamquam sui nutrit, inclinatus ad mitiora, etiam si ex usu est animadvertere ostendens quam invitus aspero remedio manus admoveat, in cuius animo nihil 136v hostile, nihil efferum est, qui potentiam suam placide ac salutari- 25

¹ placido r: placito N | tranquilloque R: tramquil- N | ³ dare N¹: dari N¹ | videt Haase: videm NR: videns QC: videtur ψ edd.: vident Pr. | ⁴ at R¹: ad NR¹ | ⁶ ut Gertz: et N | ⁸ obiectat QCATSSIS2: obiectant N | reis aerumnosior Koch: rerum noxiō N: rebus noxiō C1 ψ: reis noxiō Agr: reis obnoxio Lips.² | ⁹ sollicitior N: -ciotior N¹ homines r: -ne NR²-ni R¹ | vindices R¹ r: -cet NR¹ | ¹¹ pessimum N¹: pessima N¹ | ¹³ autem eo r: autem meo N | ¹⁴ illum (sibi certe: nam — sit) qui distinxī: illum, sibi certe! nam — sit, qui dist. Lips.: illum, sibi certe! nam — est, qui Gertz | nam N¹: nam te N¹ | ceteris (*vel cœc-*) r: ceteri N: ceteros Q | ¹⁶ reddidit N¹: redidit N¹ | ^{18–19} conscientiam N¹: consti- N¹ | ¹⁹ saepe R: spe N¹: sepe N¹ | ²¹ is R: # is N¹ | qui non T Cal. Rossb.: quia g^c edd.: quamquam Mur.: qui *(vix)* füss. (confer autem ThSM. or. 1, 14 a) | ²² *(qui)* nullam Braund fortasse recte | inclinatus QCAT- tos N | ²³ etiam, si dist. Gertz | ²⁴ invititus QCA: invidus N

ter exercet, adprobare imperia sua civibus cupiens, felix abunde sibi visus si fortunam suam publicarit, sermone adsibilis, aditu accessuque facilis, voltu, qui maxime populos demeretur, amabilis, aequis desideriis propensus, etiam iniquis *(non)* acerbus, a tota civitate amatitur, defenditur, colitur.⁵ Eadem de illo homines 5 secreto locuntur quae palam, tollere filios cupiunt et publicis malis sterilitas indicta paecluditur; bene se meritum de liberis suis quisque non dubitat, quibus tale saeculum ostenderit. Hic princeps suo beneficio tutus nihil praesidiis eget, arma ornamenti causa habet.

14 Quod ergo officium eius est? Quod bonorum parentium, qui obiurgare liberos non numquam blonde, non numquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus. Numquid aliquis sanus filium a prima offensa exheredat? Ni*s*i magna et multae iniuria*e* patientiam evicerunt, nisi plus est quod timet quam quod damnat, non accedit ad decretorium stilum; multa ante temptat quibus dubiam indolem et peiore iam loco positam revocet; simul deploratum est, ultima expe*r*itur. Nemo ad supplicia exigenda pervenit nisi qui remedia consumpsit.² Hoc quod parenti, etiam principi faciendum est, quem appellavimus Patrem Patriae non adulatio*n*e vana adducti: cetera enim cognomina honori data sunt: Magnos et Felices et Augustos diximus et ambitiones maiestati quidquid potuimus titulorum conge*s*simus illis hoc tribuentes; Patrem quidem Patriae appellavimus ut sciret datam sibi potestatem patriam, quae est temperatissima, liberis 10 15 20 25

¹ adprobare *R*: -bare *N*: -bare et *Gertz* | ² aditu *QC Gruter^{4b}*: aditu *NR*: om. *ψ edd.* | ³ accessuque *r*: accesuque *N* | voltu *N⁰*: volto *N⁰*: vultu *R edd.* | ⁴ etiam *N*: et *ATG edd. vett.*: nec *Lips.³* | *suppl. Bent*: acerbus *N r acervus R* *(vix)* acerbus *Hermes* (*acute, sed contra usum*; confer *SEN. ep. 24, 26; Marc. 17, 7*) | ⁵ de illo *N^c*: illo *N⁰* | ⁶ palam *R³*: pala *NR¹* | ⁷ paecluditur (*optima clausula*) *Walter²*: recluditur *N edd. omnes* (*notio tamen impediendi senioris Latinitatis est*): repudiatur *Watt* | ⁷⁻⁸ suis quisque *Q*: suisque *N* suis *ψ* | ⁹ tutus *QCPI y SIS2*: totus *N* | ¹¹ parentum *r edd.* | ¹² liberos *R*: liveros *N* | ¹⁴ aliquis *r*: aliquid *N* | filios *ψ* | ad primam offensam *ψ Mur.* | ¹⁶ stilum *r*: stilum *N* | ¹⁷ positam *r*: posita *N* | ²³ illi *Kron.* | ²³⁻²⁴ illis hoc tribuentes *del. Haase* (*sed confer Gertz p. 273, «verba [...] plane necessaria sunt, ut sententia efficiatur, vt finali participio mea quidem sententia tributa»*) | ²⁵ temperatissima *CALPIGG4*: temperantissima *N Hosius* (*sed forma activa a Seneca tantum ad homines deosque adhibetur*)

consulens suaque post illos reponens.³ Tarde sibi pater membra sua abscidat, etiam cum abscederit reponi cupiat et in abscidendo gemat cunctatus multum diuque: prope est enim ut libenter damnet qui cito; prope est ut inique puniat qui nimis.

³ ¹⁵ Trichonem equitem *R*. memoria nostra, quia filium suum flagellis occiderat, populus graphiis in foro confudit; vix illum Augusti Caesaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit.² Tarium, qui filium deprensum in parricidi consilio damnavit causa cognita, nemo non suspexit, quod contentus exilio et exilio delicato Massiliae parricidam continuuit et annua illi praestitit quanta praestare integro solebat; haec liberalitas effecit ut, in qua civitate numquam deest patronus peioribus, nemo dubitaret quin reus merito | damnatus esset, quem is pater 137v damnare potuisset qui odisse non poterat.³ Hoe ipso exemplo dabo quem compares bono patri: bonum principem. Cognitus de filio Tarius advocavit in consilium Caesarem Augustum; venit in privatos penates, adsedit, pars alieni consili fuit, non dixit: «Immo in meam domum veniat», quod si factum esset Caesaris futura erat cognitio, non patris.⁴ Audit a causa excussisque omnibus, et is quae adulescens pro se dixerat et is quibus arguebatur, petit ut sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret quae Caesaris fuisset; deinde priusquam aperirentur codicilli, iuravit se Tari, hominis locupletis, hereditatem non aditum.⁵ Dicit aliquis: «Pusillo animo timuit ne videretur locum spei suae aperire velle fili damnatione». Ego contra sentio: quilibet nostrum

¹ ponens *T Mur.* | Tarde sibi *QC Agr.*: tradis ibi *N* | ² abscidat *c¹* *edd. vett.* | reponi *Q Gertz (duh. app.)*: repune *N*: reponere *r* | ³ multum *N⁰*: multus *N⁰* | ⁴ est *C ψ S*: es *NR²*: et *R¹*: erat *Q* | ⁵ Trichonem *Lips.³*: Trixonem *N* | ⁸ *T. Arii Mur.* (*sic ubique infra*) | deprensum *N⁰* *Hosius*: deprehensum *N⁰R* | parricidi *Madvig²* (-dii *Gertz*): parcidio *N*: par(t)icidio *edd.* | ¹⁰ delicato *N⁰* *Gruter^{4b}*: deligato *N⁰R*: delegato *r edd. vett.* | massili(a)e *r*: mansiliae *N*: sustinuit *Baeh.²* | ¹¹ praestilit *r*: praestetit *N* | integro *N^c*: intecro *N⁰* | ¹² effecit *QC ψ Eras.²*: efficit *N* | numquam *R*: numquam numquam *N* | ¹³ dubitaret *R*: -rit *N*: is pater *R⁰*: ipsa ter *NR¹*: ipse pater *Q ψ T*: ipse ter *r* | ¹⁸ esset *R*: essit *N* | ²⁰ iis ... iis *Cal. Wesen.*: his ... his *N* | ²¹ fieret *R*: fierit *N* | ²² aperirentur *QCT*: aparirentur *N*: apparerent¹ *R*: apparentur *r* | ²³ se *Tari Pr.*: sedari *NR¹*: se *Tari R¹ edd.*: se clari *QC*: se dare *ψ* | hominis *QCTG2*: homini *N* | ²⁵ velle fili *Hosius¹*: velli fili *N*: velle filii *QC edd.*: velle in filii *ψ*

debuisset adversus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia; principes multa debent etiam famae dare.⁶ Iuravit se non aditum hereditatem: Tarius quidem eodem die et alterum heredem perdidit, sed Caesar libertatem sententiae suae redemit et postquam adprobavit gratuitam esse severitatem suam,⁵ quod principi semper curandum est, dixit relegendum quo patri videretur.⁷ Non culleum, non serpentes, non carcerem decrevit,⁸ memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset; mollissimo genere poenae contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo impulso in id scelus in quo se, quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset; debere illum ab urbe et a parentis oculis summoveri.

16 O dignum quem in consilium patres advocarent! O dignum quem coheredem innocentibus liberis scriberent! Haec clementia principem decet: quocumque venerit, mansuetiora omnia faciat!¹⁵ Nemo regi tam vilis sit ut illum perire non sentiat: qualiscumque est, pars imperii est.² In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non unum est imperandi genus: imperat princeps civibus suis, pater liberis, praceptor dissentibus, tribunus vel centurio militibus.³ Nonne pessimus pater videbitur qui adsiduis plagiis liberos etiam ex levissimis causis compescet? Uter autem praceptor liberalibus studiis dignior, qui excarnificabit discipulos si memoria illis non constiterit aut si parum agilis in legendo oculus haeserit, an qui monitionibus et verecundia emendare ac docere malit?⁴ Tribunum centurionemque da saevum: desertores faciet quibus tamen ignoscitur.⁴ Numquid enim aequum est gravius homini et durius imperari quam imperatur animalibus

2 principes R: princeps N | 5 adprobavit R: -babit N | 6 principi r: princeps N: principis R quo C: quod N | 9 poenae r: poenae N | 14 scriberent r: scribere N | clementia R: -tiam NR^t | 16-17 qualiscumque est Q Gertz: qualiscumque N edd.: qui qualiscumque est Cal. || 22 praceptor N²⁰: -tur N | 24 oculus (ut vid.) N⁹ r: oculos N⁹ R: verecundia r: recundia N | 25 malet Madvig² | 26 faciet R: faciet# N⁹ | ignoscitur# dist. Lips³: ignosetur Wesen: (non) ignoscitur Rossb.⁴ (de more ignoscendi militari confer SEN. ira 2, 10, 4; TAC. ann. 1, 23; dig. 49, 16) | Numquid enim Gertz (dub. app., sed saepius apud Senecam): Numquid nae NR: Numquid nam Q y Gruter: Numquid ne φ: Numquidnam π A edd. (verbum tamen minime Senecanum): Numquid Bach² aequum N⁹: equum N⁹

mutis? Atqui equum non crebris verberibus | exterret domandi 138v peritus magister: fiet enim formidulosus et contumax nisi eum blandiente tactu permulseris.⁵ Idem facit ille venator, quiue instituit catulos vestigia sequi quiue iam exercitatis utitur ad 5 excitandas vel perseguendas feras: nec crebro illis minatur (contundet enim animos et quidquid est indolis comminuetur trepidatione degeneri) nec licentiam vagandi errandique passim concedit. Adicias his licet tardiora agentis iumenta, quae, cum ad contumeliam et miserias nata sint, nimia saevitia cogantur iugum detrac- 10 tare. **17** Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum quam homo, nulli magis parcendum. Quid enim est stultius quam in iumentis quidem et canibus erubescere iras exercere, pessima autem condicione sub *(homine velle)* hominem esse? Morbis medemur nec irascimur; atqui et hic morbus est animi, 15 mollem medicinam desiderat ipsumque medentem minime infestum aegro.⁶ Mali medici est desperare ne curet; idem in is quorum animus affectus est facere debebit is cui tradita salus omnium est: non cito spem proicere nec mortifera signa pronuntiare; luctetur cum vitiis, resistat, aliis morbum suum exprobret, 20 quosdam molli curatione decipiat citius meliusque | sanaturus 139r remediis fallentibus: agat princeps curam non tantum salutis, sed etiam honestae cicatricis.³ Nulla regi gloria est ex saeva animadversione (quis enim dubitat posse?), at contra maxima si vim suam continet, si multos irae alienae eripuit, neminem suae 25 impendit.

1 Atqui R: adqui N | 2 formidulosus N Prē: -dolosus R | contumax R: contumax N | 5 excitandas R: excitadas N | feras: nec dist. Reeve | 6 est R: esti N: indolis *(bonae)* Gertz (dub. app.) | 7 errandique r: eran- N || 8 agentis NRC Prē: -tes r | 12 canibus N⁹: carnibus N⁹ | 13 pessima N⁹: -mam N⁹ | condicione N⁹: conditionem N⁹ | suppl. Gertz: sub hominem N: sub homine R: hominem Erax²: sub *(homine)* hominem Lips³: iubere hominem Schu. | 14 Morbis R: ##morbis N⁹: morbidis Gertz (dub. app.) | 15 medicinam desiderat R: medecinam desiterat N | 16 ne curet QSTG: nec ures N: ne cures R Prē: del. Haase: is N: his R edd.: iis Gertz | 17 debebit is QCIC2C3: debebitis NR: debebit ψ | 18 proicere N⁹: proiecere N⁹ | 19 resistat N⁹: restistit N⁹ | 22 cicatricis R: -ces N | Nulla regi R: Nullare regig (ut vid.) N⁹: Nulla## regi# N⁹ | 23 at N⁹: a N⁹

18 Servis imperare moderate laus est. Et in mancipio cogitandum est non quantum illud impune possit pati, sed quantum tibi permittat aequi bonique natura, quae parcere etiam captivis et pretio paratis iubet (quanto iustius hominibus liberis, ingenuis, honestis!), non ut mancipiis abuti, sed ut is quos gradu antecedas 5 quorumque tibi non servitus tradita sit, sed tutela.² Servis ad statuam licet confugere: cum in servum omnia liceant, est aliquid quod in homine licere communiue ius animantium vetet. Quis non Vedium Pollionem peius oderat quam servi sui, quod murenas sanguine humano saginabat et eos qui se aliquid offenderant in 10 vivarium, quid aliud quam serpentium, abici iubebat? O hominem mille mortibus dignum, sive devorandos servos obiciebat murenis quas esurus erat, sive in hoc tantum illas alebat ut sic aleret!
 139v³ Quem admodum domini crudeles tota civitate commonstrantur invisque et detestabiles sunt, ita regum et iniuria latius patet et 15 infamia atque odium saeculis traditur; quanto autem non nasci melius fuit quam numerari inter publico malo natos!

19 Excogitare nemo quicquam poterit quod magis decorum regenti sit quam clementia, quocumque modo is et quocumque iure praepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse magnificientiusque fatebimur quo in maiore praestabitur potestate, quam non oportet noxiā esse si ad naturae legem conponitur.² Natura enim commenta est regem, quod et ex aliis animalibus licet cognoscere et ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est mediaque ac tutissimo loco; praeterea opere vacat exactor alienorum 20
 25

⁴ quanto iustius G edd. (Gertz *interpositionum notas ante et quanto et non, ver. 5, add.*): quanto iustius iubet quanto iustius NRQ (iniustius Q³): Quanto iustius iubet φ T Gron. | 5 non-is am. g⁴: del. Haupt¹ | sed del. Haase | ut iis Gertz: his N edd.: ut his A Hosius: ut G: del. Haase | gradu N⁵: gratu N⁶ | antecedas AL: ante cedat NQP: antecedat RCP | 6 tutela⁷ dist. Lips. | 8 homine N: hominem T Mur: homini in hominem Cal | 14 commons-trantur N⁸: -transtur N⁹ | 15 detestabiles sunt r: detestabiles sunt N: detestabile sunt R | 17 melius fuit Q π FTG: fuit NR Gron.: melius non nasci) fuit φ fortasse recte: <satin> fuit Pr. | 18 Excogiture N¹⁰: Exgitare N¹¹ | 19 regenti N¹²: regendi N¹³ | 20 praepositus N¹⁴: praepopitus (ut vid.) N¹⁵ | 23-24 cognoscere N¹⁶: cognoscere N¹⁷ | 24 regi amplissimum N¹⁸: regia plissimum N¹⁹ | 25 opere Madvig² Wesen: honore N²⁰ LGSZ: onere N²¹

operum et amisso rege totum dilabitur nec umquam plus unum patiuntur melioremque pugna quaerunt; praeterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris cum magnitudine tum nitore.³ Hoc tamen maxime distinguitur: iracundissimae ac pro corporis captu pugnacissimae sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt, rex ipse sine aculeo est; noluit illum natura nec saevum esse | nec ultionem 140r magno constatarum petere telumque detrxit et iram eius inertem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens: est enim illi mos exercere se in parvis et ingentium rerum documenta 10 minima congerere.⁴ Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderationi esse animus debeat quanto vehementius nocet. Utinam quidem eadem homini lex esset et ira cum telo suo frangeretur nec saepius liceret nocere quam semel nec alienis viribus exercere odia! Facile enim lassatur furor si per se sibi satis faceret et si mortis periculo vim suam effunderet.

⁵ Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est: tantum enim necesse est timeat quantum timeri voluit et manus omnium observet et eo quoque tempore quo non captatur peti se iudicet nullumque momentum immune a metu habeat. Hanc aliquis agere

1 rege N¹: regem N² | dilabitur N Hosius: dilabitur examen T edd.: agmen dilabitur g³ | nec umquam N⁴: ne numquam N⁵ | 3 dissimilisque r: dissimilusque N⁶: dissimiliscae N⁷: dissimilisque N⁸: dissimilique R | tum N⁹: cum N¹⁰ | 4 iracundissim(a)e R r: ¹¹iracondissimae N¹²: iracondissimae N¹³ | 6 ultionem N¹⁴: ultione N¹⁵ | 7 petere N¹⁶: petre N¹⁷ | 8 inertem N¹⁸: inertem N¹⁹ | reliquit N²⁰: relinquit N²¹ | ingens est N Eras²²: ingens est; est g²³ Lips.: ingessit est Koch: ingerit, est Bach²⁴ | 9 illis g²⁵ Agr. | documenta Baeh²⁶: documentam N: documentam R: documenta r edd. | 10 minima congerere scripsi dubitanter e.g.: minimu / urgere N: minima agere r edd.: in minima cogere Haase: minima urgere Haupt¹: in minima dure re Baeh²⁷: minima spargere Madvig²: in minima re lignere Schi.: in minima (sc. re) parare Hosius²: minima arcessere Büch.: minima suggestere Wint. (confer SEN. ep. 89, 2, 123, 17): altū alia | Pudeat ab exiguis R: pudeat ab exiguis N | 13 ut ira G Haase | 17 incursus Cast. | 19 eo N²⁸: ea N²⁹ | 20 immune a metu habeat g³⁰ Eras² (dub. adn.): immuneam ethabeat ha / beat N: immuneam et habeant (fort. -nt) R: immune habeat QC Eras²; immune amet. habeat r | agere Q (ante sustinet) CC3 Gruter³¹: agerem NR³²: aegeram R³³: (a)egram r edd. yett.

vitam sustinet, cum liceat innoxium aliis, ob hoc securum, salutare potentiae ius laetis omnibus tractare? Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regem ubi nihil a rege tutum sit: securitas securitate mutua paciscenda est.⁶ Non opus est instruere in altum editas arces nec in ascensum arduos colles emunire nec latera 5
 140v montium abscidere, multiplicibus se muris | turribusque saepire: salvum regem clementia in aperto praestabit. Unum est inexpugnabile munimentum, amor civium.⁷ Quid pulchrius est quam vivere optantibus cunctis et vota non sub custode nuncupantibus?
 Si paulum valetudo titubavit, non spem hominum excitari, sed 10 metum? Nihil esse cuiquam tam pretiosum quod non pro salute praesidis sui commutatum velit?⁸ O ne ille, cui contingit *(ut)* sibi quoque vivere debeat, in hoc adsiduis bonitatis argumentis probavit non rem p. suam esse, sed se rei p. Quis huic audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc non, si possit, fortunam quoque 15 avertere velit, sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent, sub quo opulenta civitas copia bonorum omnium abundat nec alio animo rectorem suum intuetur, quam, si di immortales potestatem visendi sui faciant, intueamur venerantes colentesque?
 Quid autem? Non proximum illis locum tenet is qui se ex 20

¹ aliis et ob hoc *cf.* Gruter^{an} (dub.) fortasse recte: *Seneca enim complexione ob hoc demptis coniunctionibus raro utitur; confer ben. 2, 20, 3; nat. 1, 2, 7; 1, 5, 8; 2, 10, 2; 3, 25, 9; contra ep. 22, 12; ben. 26, 35, 2*: atque ob hoc Eras.² (dub. adn.)
 | 2 potentiae ius *cf.* Gruter^{an}: potentia eius N | 3 tutum sit Gertz: tutum sed N Haase: tutum est S Mur.: tutum SIS2 Cast.: tutum est. Sed edd. vett.
 | 6 turribusque N^b: turris N^b: saepire R: saepere N | 10–11 sed metum R: se metum N | 11 pro salute r: prosalutis N: salute Mur. | 12 O–*(ut)* Hosius Kron.² (suppl. iam Baeh.²; confer Senn. ben. 5, 4, 4; 7, 27, 2; ep. 30, 12): oneilla cui contingit NRC – O ne illo cui contingit Q r: o ne ille cui contingit T: omne quod illi contingit (... evenire deputet Eras.² (adn.); illi quod *in* textu): O ne illo cui contingit *** Haase: «O! ne illi quid contingat! (... debet! rei p.)» Gertz (app.: *cives inducit loquentes*): o felicem (vel o f. illum) cui contingit *(ut)* Baeh.²: O ne illud cui contingit (... debet Wag.): o ne ille hoc cui contingit (sibi quoque vere debeat! Mazz.²: *aliit alla* | 12–13 sibi-hoc del. Braund (app.) | 13 debeat, in hoc distinxii ex Kron.²: debeat; in hoc dist. Haase: debeat hoc Kron.² | 16 velit R: vellit N | 17–18 abundat nec dist. Gertz ex Siesb.: abundat? Nec dist. CF Fickert | 18 immortales QCPL: -talem N | 19–20 colentesque? Quid dist. Gertz ex Siesb.: colentesque. Quid dist. Gron. 20 proximum Gertz: p(ro)ximum N: proximum R

deorum natura gerit, beneficus ac largus et in melius potens? Hoc adfectare, hoc imitari decet: Maximum ita haberi ut Optimus simul habeare.

20 A duabus causis punire princeps solet, si aut se vindicat aut 5 alium.

Prius de ea parte disseram quae ipsum contingit | (difficilius 141r est enim moderari ubi dolori debetur ultio quam ubi exemplo).

² Supervacuum est hoc loco admonere ne facile credat, ut verum excutiat, ut innocentiae faveat †et, ut appareat, non[†] minorem agi 10 rem periclitantis quam iudicis sciat: hoc enim ad iustitiam, non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamus ut manifeste laesus animum in potestate habeat et poenam, si tuto poterit, donet, si minus, temperet longeque sit in suis quam in alienis iniuriis exorabilius. ³ Nam, quemadmodum non est magni animi qui de 15 alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit, ita clementem vocabo non in alieno dolore facilis, sed eum qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati nec quicquam esse gloriiosius principe impune laeso.

21 Ultio duas praestare res solet: aut solacium adfert ei qui acceptit iniuriam, aut in relicum securitatem. Principis maior est fortuna quam ut solacio egeat, manifestiorque vis quam ut alieno malo opinionem sibi virium quaerat. Hoc dico cum ab inferioribus petitus violatusque est: nam, si quos pares aliquando habuit infra 25 se videt, satis vindicatus est. Regem et servos occidit et serpens et sagitta; servavit quidem nemo nisi maior eo quem servabat. ² Uti |

2 adfectare N^m: adfectase N^b | 3 habere N Gruter^{an} Lips.¹: habeatur R edd. vett. | 4 solet R: solent N: si del. Bent.: scilicet Baeh.² | 9 et–non NR (*locus suspectus propter miram trajectiōnēm, qua fit ut vi finali ut appareat [subaudi innocentia] non ex priore verbo admonendi, sicut reliquae sententiae, sed ex posteriore agendi pendere debeat*): ut appareat non CIC3 Eras.²: ut apparent ut non π FLG edd. vett. a Neap.: et appareat ut non Lips.²: et ut appareat (laboret), ut non Bail. | 9–10 minorem–rem *cf.* Lips.²: minore magis rem N: minorem magis rem r: minus rem agi rei Eras.²: minus rem agi Mur.: magis agi rem Bail. | 10 sciāt om. CIC2: del. Eras.² | 12 sin minus RQCPFLT Eras.² | 14 exorabilius R: exortabilius N | 21 accipit LGG4S'S2 edd. vett. | 22 egeat r: ageat N | 25 servos N Prē: servus R | 26 sagitta R: sagita N: servavit CI ψ: servabit N Haase | servabit QC2: servavit φ edd. vett. | Utī QCTG: ut N

141v itaque animosē debet, tanto munere deorum dandi auferendique
vitam potens. In iis praesertim quos scit aliquando sibi (par)
fastigium optimuisse, hoc arbitrium adeptus ultionem inglevit
perfecitque, quantum verae poenae satis erat: perdidit enim vitam
qui debet et quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus alienam de
capite regnoque sententiam expectavit in servatoris sui gloriam
vivit plusque eius nomini confert incolmis quam si ex oculis
ablatus esset: adsiduum enim spectaculum alienae virtutis est, in
triumpho cito transisset.³ Si vero regnum quoque suum tuto
relinqui apud eum potuit reponique eo unde deciderat, ingenti
incremento surgit laus eius qui contentus fuit ex rege victo nihil
praeter gloriam sumere. Hoc est etiam ex victoria sua triumphare
testarique nihil se quod dignum esset victore apud victos invenisse.⁴ Cum civibus et ignotis atque humilibus eo moderatius
agendum est quo minor res est adfluxisse eos. Quibusdam libenter
parcas, a quibusdam te vindicare fastidias et non aliter quam (in)
animalibus parvis sed obterentem inquinantibus reducenda manus
est; at in iis qui in ore civitatis servati punitique erunt occasione
notae clementiae utendum est.

22 Transeamus ad alienas iniurias, in quibus vindicandis haec
142r tria lex secuta est, quae | princeps quoque sequi debet: aut ut eum
quem punit emendet, aut ut poena eius ceteros meliores reddat,
aut ut sublatis malis securiores ceteri vivant.

2–3 potens – hoc *dist. Gertz* : potens, in iis – optimuisse. Hoc *dist. Fickert*
| 2 potens *N^o* : ponens *N^o* | 2–3 *suppl. Fickert* (*ex Pine*) : sibi fastigio *NRC* :
sibi fastigio *QPFLG* : sibi fastigium *CIC2C3T* : suo fastigio (obstituisse *Eras.*² :
par sibi fastigium vel sibi simile f. *Pine* : simile fastigium *Gron.* | 3 inglevit r:
inglebit *N* | 6 regnoque *Q¹ Modius* : regioque *N*: regio ≠ *L Curio* (*mrg.*) : suo
T Mur. | 7 vivet *edd. vett.* | eius nomini *RQ* φ: eius innomini *N*: nomini eius
ψ *edd. vett.* | conserfet *edd. vett.* | incolmis r: colomis *N*: incolomis: *R*
| 9 transisset σ *Eras.*² : se *N* | 13 victoria *T Eras.*² : apud *R*: apud *N* | 15 mi-
nor res *Gertz* : minores *N*: minoris *R* | 16 *suppl. Lips. Cast.* : animalibus *N*:
ab animalibus *TG Eras.*² | 17 sed *N Hostius* : et *R*: spurcis) et *Gertz* (*dub.*
adr.) | 18 at *R*: ad *N* | is *N Pre.* : iis *R edd.* : his r | 22 emendet *R*: emendit *N*
| aut ut σ³ σ⁴ : aut *N* poena *R²*: poenae *NR¹* | 23–29,1 vivant ipsos facilis *R*
: vibant ipso falliū *N*

Ipsos facilis emendabis minore poena: diligentius enim vivit
cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perdite parcit; inpu-
nitatis genus est iam non habere poenae locum.

² Civitatis autem mores magis corrigit raritas animadversio-
num: facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium et
minus gravis nota est quam turba damnationum levat et severitas
quod maximum remedium habet adsiduitate amittit, auctoritatem.
³ Constituit bonos mores civitati princeps et vitia eluit si patiens
eorum est, non tamquam probet, sed tamquam invitus et cum
magno tormento ad castigandum veniat. Verecundiam peccandi
facit ipsa clementia regentis: gravior multo poena videtur quae a
miti viro constituitur. 23 Praeterea videbis ea saepe committi quae
saepe vindicantur. Pater tuus plures intra quinquennium culleo
insuit quam omnibus saeculis insutus accepimus. Multo minus
audebant liberi nefas ultimum admittere quam diu sine lege
crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi viri et rerum naturae
peritissimi maluerunt velut incredibile scelus et ultra audaciam 142v
positum praeterire quam dum vindicant ostendere posse fieri;
itaque parricidae cum ea lege coeperunt et illis facinus poena
monstravit: pessimo vero loco pietas fuit postquam saepius
culleos vidimus quam cruces. ² In qua civitate raro homines
puniuntur, in ea consensus fit innocentiae et indulgetur velut
publico bono. Putet se innocentem esse civitas, erit; magis irascet-
ur a communi frugalitate desciscentibus si paucos esse eos
25 viderit. Periculosum est, mihi crede, ostendere civitati quanto

1 poena *Q* : pona *N* | 2 aliquid integri *R* : aliquit integrī *N* : parcit *R* : pas / cit
N | 3 habere *N^o* : havere *N^o* : poenae *R* : portae *N* | 4 mores *N^o* : moris *N^o*
: raritas *Reeve* (*confer ver. 21–22*) : paritas *N* : parcitas (*verbū a Senecae*
aetate alienum; *confer Till. 10, 1, 327, 36 – 328, 69*) *R edd.* | 5 multitudo *R*:
multitud *N* | 8 eluit *Gertz* : eius *N*: eius aufert *C*: eius compescit *T edd. vett.*
: eius facilis reprimit *G Haase* : eius facilis compescit *Curio* : eius felicius
compescit *Lips.* : eruit *Gron.*¹ : (eluit) vitia) eius *Hostius*² (*dub. app. del. et*);
(vincit) vitia) eius *Rossb.*³ : eius (eluit) *Brak* : aliū alia | 10 castigandum *R*:
casticando *N*: casticandum *N^o* | 13 intra *R* : infra *N* | 17 maluerant *Fickert*
| 17–18 audaciam positum praeterire *R* : audacia positum praeteriret *N*
| 19 cum ea σ³ : cum a *N*: cum *CT edd.* : a σ⁴ *Haase* : cum hac *Pré*. | 20 mon-
stravit *N^o* : monstra *N^o* | 23–24 irascitur *Eras.*² | 25 crede *QC π L²* : credere *N*

plures mali sint. 24 Dicta est aliquando *(in)* senatu sententia ut servos a liberis cultus distingueret; deinde apparuit quantum periculum immineret si servi nostri numerare nos coepissent. Idem scito metuendum esse si nulli ignoscitur: cito apparebit pars civitatis deterior quanto praegravet. Non minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera. Remissius imperanti melius paretur: ² natura contumax est humanus animus et in contrarium atque arduum nitens sequiturque facilis quam ducitur; et ut generosi ac nobiles equi melius facili freno reguntur, ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur et dignam putat civitas quam servet sibi. Plus itaque hac via proficitur.

143r 25 Crudelitas | minime humarum malum est indignumque tam miti animo; ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus et abieco homine in silvestre animal transire. Quid enim interest, oro te, Alexander leoni Lysimachum obicias an ipse laceres dentibus tuis? Tuum illud os est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius unguis esse, tibi rictum illum edendorum hominum capacem! Non exigimus a te ut manus ista, exitium familiarium certissimum, ulli salutaris sit, ut iste animus ferox, 20 insatiabile gentium malum, citra sanguinem caedemque satietur;

¹ mali sint. Dicta *Gruter^{an}* (dub.) : malis indicta N : mali sint. Indicta ψ edd. vett. : mali sint. *(In)* senatu dicta *Mur.* : mali sint. Decretum *Prē* : *alii alia suppl.* *Gron.* (*ex Mur.*, qui verba ante dicta *traiecerat*) : senatu N : senatus *Q Gruter^{an}* : a senatu r edd. : *(de)* senatus *Prē*. | sententia ut *Q'C* ψ : sententi / Aut N sententia aut R r | 5 minus R : minu N | 6 remissius N^o : -sio N^o | 8 sequiturque R : sequitur quiae N^o : sequitur quae N^o | 9 ducitur R : dicitur N . nobiles R (*sola fere emendatio ingeniosa ad libros De clementia in hoc codice*; confer *Praefat. adn.* 32) : no / N | equi r : aequi N | 10 clementiam R² : elementia N : clementia R¹ | 13 indignumque R : indignumquae N : indignum *Curio* || 14 animali *Gertz* (dub. app.) | 15 homine r : homini N | 16 Lysimachum π L : lisimachum N | 17 illud om. R edd. | 18 potius N'R : ti potius N^o | 20 certissimum TQ : certissima N : *(in)* exitium (...) certissima G *Sku.*

clementia iam vocatur ad occidendum amicum *(cum)* carnifex inter homines eligitur. ² Hoc est quare vel maxime abominanda sit saevitia, quod excedit fines primum solitos, deinde humanos, nova supplicia conquirit, ingenium advocat *(ut)* instrumenta excogitet ⁵ per quae varietur atque extendatur dolor, delectatur malis hominum; tunc illi dirus animi morbus ad insaniam pervenit ultimam, cum crudelitas versa est in voluptatem et iam occidere hominem iuvat. ³ Natura talem virum a tergo sequitur eversio, *†odiae†*, venena, gladii; tam multis periculis petitur quam multorum ipse ¹⁰ periculum est, privatisque non numquam consiliis, alias vero consernatione publica circumvenitur. Levis enim et privata pernicies non totas urbes movet; quod late furere coepit et omnes 143v adpetit undique configitur. ⁴ Serpentes parvolae fallunt nec publice conqueruntur; ubi aliqua solitam mensuram transit et in monstrum excrevit, ubi fontes sputu inficit et, si adflavit, deurit obterisque quacumque incessit, ballistis petitur. Possunt verba dare et evadere pusilla mala, ingentibus obviam itur. ⁵ Sic unus

1 clementia iam vocatur *Baeh.*² : clementiam vocatur *NT* : clementiam vocatur *R¹* : clementia invocatur *R⁶* r : clementia vocatur *Q* : clementia vocatur *(si) Eras.*² : leo etiam invocatur *Pinc.* : clementia vocetur *(si) Lips.* : clementia vocetur (eligitur ver. 2 del.) *Gron.* : clementiam voca ubi *Haase* : clementiam vocatur *(si) Gertz* (dub. app.) : clemens iam vocatur *(si) Feldm.* : *alii alia suppl.* *Euss.* *Baeh.*² : *(si) Braund* | 2 abominanda N^o : abominand N^o | 4 suppl. *Gertz* : excogitet *Gertz* : excogit et N : excogitat r edd, | 5 extendatur r : extentatur N : delectatur CJC2C3 *Haase*¹ : delectetur NRQC : et delectetur ψ edd. : et delectatnr *Mur.* | 6 illi N *Hosius* : ille T(*probat Reeve*) : durus *PIG4* : diti edd. vett. || 8 Natura talem *Gertz* (dub. adn.) : Naturalem N : Nam talem Q edd. : Naturalis talem *Baeh.*² : Matura talem *Gertz* : nocitura talem *Schu.* : talem *Kron.*² : *alii alia* | eversio QCP1FT : eversio NRPL : eversio P¹ *Gruter^{an}* (dub.) *Baeh.*² : eversatio *Wesen* : exsecratio *Schu.* | *odiae NR* : *odia QC* edd. : odiosus ψ : odio *Eras.*² : hodie (venena *(cras)* gladii *Gertz* (dub. adn.)) : insidia *Schu.* fortasse recte : *alii alia* || 9 petitur C : patitur N : patet *g. Pinc.* | multorum R : multor quam multorum N || 13 parvolae *Hosius* : pavolae N : parvulæ R | 14 conqueruntur C *Gruter^{an}* *Lips.*³ : consequiruntur N : consequerentur R : consequuntur Q ψ edd. | mensuram R : mensura N || 15 sputu *Gertz* : putu N : potu R (confer. autem *Plin.* nat. 10, 198) | inficit ψ edd. | sufflati *Mur.* : suo afflatu *Lips.*⁴ : (sata) si afflavit *Baeh.*² : *alii alia* | 16 ballistis N^o : balliti N^o || 17 et evadere R : evadere N : obviam itur R : obiamitur N

aeger ne domum quidem perturbat; at ubi crebris mortibus pestilentiā esse apparuit, conclamatio civitatis ac fuga est et dis ipsis manus intentantur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit: familiā vicinique aquam ingerunt; at incendium vastum et multas iam domos depastum parte urbis obruitur. 26 Crudelitatem privatōrum quoque serviles manus sub certo crucis periculo ultae sunt; tyrannorum gentes populique, et quorum erat malum et ei quibus imminebat, excindere adgressi sunt; aliquando sua praesidia in ipsos consurrexerunt perfidiamque et inpietatem et feritatem et quidquid ab illis didicerant in ipsos exercuerunt. Quid enim potest quisquam ab eo sperare quem malum esse docuit? Non diu nequitia apparet nec quantum iubetur peccat. 3 Sed puta esse tutam crudelitatem, quale eius regnum est? Non aliud quam captarūm 144r urbium forma et terribiles facies publici metus. Omnia maesta, trepida, confusa, voluptates ipsae timentur: non convivia securi ineunt, in quibus lingua sollicite etiam ebiis custodienda est, non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quaeritur; apparentur licet magna impensa et regii opibus et artificum exquisitis nominibus: quem tamen ludi in carcere iuvent? 4 Quod istud, dii boni, malum est, occidere, saevire, delectari sono catenarum et civium capita decidere, quocumque ventum est multum sanguinis fundere, aspectu suo terrere ac fugare? Quae alia vita

¹ aeger R: aecer N: ne T Gertz: nae N: nec R | domum N^e: domus N^e | at ubi R: adubi N | 2 apparuit N^e: apparuit N^e | 3 manus QCC3 ψ: manibus N | intentantur N Gron.^r: intenduntur R edd. vett. | 4 at R^e: ad NR^e | vastum R: vastam N | 7 tyrannorum R: tyranorum N | inconcinnitatem et ... et ei primus notavit Reeve: ad quam sanandam sive ei deleri (confer SEN, tranq. 14. 5) sive pottus et¹ (eo) scribi (confer ben. 3, 18, 3; 7, 2, 3; ira 1, 18, 4; nat. 7, 11, 2) potest | 9 ipsos TQ: ipsis N | perfidiamque r: -diaque N | 10 ab illis didicerant r: ob illis dicerant N | exercuerunt r: excu- N | 11-12 nequitia apparet Gertz (adp-): nequitia apparetet NRQ: apparetet nequitia π L: apparet (vel adp-) nequitia FTG edd.: paret nequitia σ^r Mur.: nequitia (vitia) adparat Alex. | 12 quantum ψ: quam nur N^e: quam tur N^e | iubetur Mur.: videtur N | 13 crudelitatem r: -litam N | quale eius Eras.^r: quare ius NRC: quare eius Q: quare his ψ | 14 terribiles N: -lis Q^eP^e Wesen. | metus N^e: mets N^e | 15 trepida R: trepita N: turbida σ^r: trepida et σ^r edd. vett.: turbida et Lips. | timentur N^e: timetur N^e | 17 periculi N^eQ ψ: -lis N^eR ψ | 19 iuuent R^eQ ψ Lips.^r: iubent NR^e ψ | 20 istud R: istut N | 21 quocumque R: quodcumque N | 22 aspectu R: aspecto N | 22-33,1 vita esset N^e: vitessel N^e

asset si leones ursique regnarent, si serpentibus in nos ac noxiōsissimo cuique animali daretur potestas?⁴ Illa rationis expertia et a nobis immanitatis crimine damnata abstinent suis et tuta est etiam inter feras similitudo; horum ne a necessariis quidem sibi rabies temperat, sed externa suaque in aequo habet, quo plus se exercitat, (eo incitat)ior. A singulorum deinde caedibus in exitia gentium serpit et inicere tectis ignem, aratrum vetustis urbibus inducere potentiam putat et unum occidi iubere aut alterum parum imperatorum credit: nisi eodem | tempore grex miserorum 144v sub ictu stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat.⁵ *** felicitas illa multis salutem dare et ad vitam ab ipsa morte revo- care et mereri clementia civicam. Nullum ornaementum principis fastigio dignius pulcriusque est quam illa corona ob cives serva- tos, non hostilia arma detracta victis, non currus barbarum san- guine cruenti, non parta bello spolia. Haec divina potentia est, gregatim ac publice servare; multos quidem occidere et indiscretos incendi ac ruinae potentia est.

¹ leones R: leonis N | 3 etuta R | 4 horum ne N^eQ Gruter^{an}: ho ne N^e: morum ne R φ GIG2G3: morum. Apud homines autem ne ψ: Apud homines tantum nec Mur.: hominum Baeh.^r | 5-6 suppl. Gertz: plus se exercitatoria N: plus exercitatoria R: possit exercitatoria a Agr.: plus saevit exercitatoria. A Baeh.^r: plus se exercitat ira. A (clausula heroicā) Hostus^r: plus se exercit (ex)citatori. A Pré.: aliū alia | 6 exitia r: aescia N: edificia Q | 7 serpere ψ edd. | 9 credit Q ψ: creditat N | 10 sub ictu Gruter^{an} Lips.^r: subiectu N: subiec- tus R edd. vett.: sub (eius) ictu Pré. | lacunam statuit Mazz.^r | 12 ornementum R: ormentum N | 14 barbarum N Gruter^{an} (dub.) Rossb.^r Hosius^r: barbarom R barbarorum r edd.: barbaro Q | 17 incendi NRC Hosius: -diī r